DE INFINITIVI APUD IUSTINUM USU.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE ROSTOCHIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

HERMANN WENTZEL
POMERANUS.

BEROLINI
APUD MAX RÜGER.
MDCCCXCIII.

REFERENT: PROFESSOR DR. SCHWARTZ.

PARENTIBUS CARISSIMIS.

Pompeium Trogum scriptorem accepimus priore parte primi post Christum natum saeculi vixisse et Graecorum exemplum secutum[1]) XLIV libros Philippicarum historiarum ita conscripsisse, ut maximus atque gravissimus locus (libb. VII—XL) narratione rerum a Macedonum regibus et a diadochis, qui vocantur, gestarum occupetur et, cum ille permultis locis ab oratione digrediatur, breviter omnium fere, quae ea aetate notae erant gentium, origo et historia terrarumque situs explicentur. Quam primam a Romano scriptore confectam historiam universam, quod nos non servatam habemus nec nihilominus, quae ea contineantur, ignoramus, uni viro debemus, eum dico, qui Trogi opus in epitomen redegit, M. Iunianum Iustinum. Quemadmodum enim saepe factum esse videtur, ut crassiori cuidam atque ampliori libro epitome anteponeretur, ita dubium esse non potest, quin Trogi quoque opus prae Iustini epitoma magis ad eorum, qui eam legebant, animos accomodata neglectum ac paullatim oblivioni datum sit.[2])

Quis autem fuerit ille Iustinus, quo loco aut quo tempore natus sit, frustra nos in quaestionem vocare constat. Nam cum ab Iustino ipso de Trogi patria, avo, patre, patruo instruamur (43, 5, 11. 12), unde facillime, quando ille vixerit, depromere possimus, de ipso abbreviatore in tenebris versamur semperque versabimur. Neque enim veterum scriptorum quisquam eius mentionem facit neque in epitoma, quibus certa quaedam concludi possint, loci inveniuntur.

---

[1]) v. Frotscheri editionem Iustini (Lips. 1827—30), vol. I, p. XLV—XCVII („Commentatio de Trogi Pompei eiusque epitomatoris Iustini fontibus et auctoritate auctore A. H. L. Heeren"). — A. v. Gutschmid „Über die Fragmente des Pompeius Trojus . . ." in Fleckeisenii annalibus, suppl. II, 1856/57, p. 177—282; — idem in Museo Rhenano 37, 548.

[2]) B. G. Niebuhr „Historische Vorträge" (Berol. 1847—51) II, 1, p. 18. — J. F. Recke „Über die Spracheigentümlichkeiten Iustins", lib. bei Mühlhausen 1854, p. 3.

Ex ipsius praefatione (§§ 4—6) accipimus eum, cum negotia locum facerent otio, Romam venisse et id tempus ut Catonem in litterarum studiis consumpsisse, libellum confectum transmisisse ad virum quendam[1]) ipso vel doctiorem vel ordine ampliorem, cuius iudicium auctor tanti faceret, ut quid alii homines de opusculo suo sentirent, pro nihilo duceret, persuasumque eum habuisse, apud posteros se, quamvis invidiosi homines aequales sibi obtrectaturi librumque malignitate exesuri essent, industriae testimonium habiturum esse. Sed ex omnibus his certam rationem nos sequi non posse apparet.

Nec magis quam de viro ipso certe, qua aetate ille vixerit, dicere possumus. Cum antiquis temporibus nomen eius viri, cuius libellus usque ad nostram aetatem servatus est, non prius quam ab Hieronymo[2]) afferatur, non est quod miremur, valde inter se discrepare, quaecunque post Hieronymum viri docti ad Iustini aetatem definiendam in lucem attulerunt[3]), praesertim cum viros doctos mediae q. v. aetatis haud ita subtili ratione eiusmodi res tractavisse constet. Atque Gualterius Burleus quidam[4]) eum Trogi filium dixit, alii Theodosii imperatoris aequalem fuisse iudicaverunt[5]), a Radulfo de Diceto (c. a. MCCX) Iustinum confusum esse cum Iusto quodam Tiberiensi, qui circa annum LXXX floruit, Franciscus Ruehl[6]), a Martino Polono († 1228) cum Iustino Martyre, qui Antoninorum aetate vixit, Iacobus Bongarsius[7]) demonstraverunt.

Ac si cuius auctoris praeter opus ipsum nomenque nihil exsistit ad tempora, quibus fuerit, accuratius circumscribenda, nihil aliud fieri posse, quam ut dicendi genus cum aliorum scriptorum conferatur atque comparetur, manifestum est. Quo loco cum iam illud nobis occurrat, utrum epitomatori, utpote qui alterius opus tantum excerpserit, proprium dicendi genus attribuendum sit necne, pauca, priusquam de aetate Iustini, quid senserint viri doctissimi, dicam, de excerpendi ratione verba facere liceat.

---

[1]) Quem ad virum liber transmissus sit, cum locus ille (§ 5) corruptus sit, scire non possumus; sed v. G. J. Vossium apud Frotscherum l. l. p. 5 sq.; C. Lachmann „Kleinere Schriften“, Berol. 1876, p. 193 sq.

[2]) v. Bongarsium apud Frotscherum l. l. p. II. — Teuffel „Geschichte der röm. Litteratur“, Lips. 1890, vol. I, p. 604.

[3]) Frotscher p. II, pp. V—VIII. — Fr. Ruehl „Die Verbreitung des Justinus im Mittelalter“, Lips. 1871, p. 31 sqq., p. 46. — [4]) Frotscher p. VIII. — [5]) ibidem. — [6]) Ruehl l. l. p. 37. — [7]) Frotscher p. II; cfr. pp. VII et VIII.

Duo genera excerpendi solent esse. Abbreviator enim aut, quae pluribus sententiis dicuntur, animo complexus suis ipsius verbis reddit ita, ut pro priore et pleno opere brevius quoddam exsistat, qua in re, quamquam omnino vitari non potest, ne verba aut totae sententiae in epitomen transferantur, tamen elocutio epitomatoris propria evadet. Aut, quae ei memoratu dignissima videntur, vel largiora vel breviora, ad verbum aut prope ad verbum exscribit — id quod plerumque fiet — suisque tantum verbis singula coniungit atque conectit. Sed utra excerpendi ratione abbreviator usus sit, ut servato utroque libro et genuino et epitoma facile, ita illo amisso difficillimum est certis argumentis diiudicare, praesertim tum cum, ut apud Trogum et Iustinum fit, neque illius praeter fragmenta pauca parvaque quidquam ad posteros servatum est et de Iustino ne id quidem, num praeter hunc libellum alium quoque composuerit, cognitum est. Atque doctissimis nostrorum temporum viris primus Heeren videtur Iustinum in deteriorum abbreviatorum loco numerandum statuisse, cum dicit (l. l. § 30): „Qui historias Iustini diligentius perspexerit, modo in narrationes copiose et ornate confectas, modo in alias breviter et ieiune expositas incidet. Scilicet in illis Trogum ipsum fere integrum habemus, in his illud tantum sibi proposuit auctor, ut nexum narrationis servaret, non ut singula, quae forte per se memoratu digna essent, commemoraret“.[1]) Quam opinionem haud parum probabilem omnes[2]), qui hanc quaestionem attigerunt, secuti sunt. Quin etiam Borchardt in dissertatione sua locos illos affert[3]), quibus ipsius Trogi verba contineri suspicatur, quorum plus LX sunt ita per XLIV libros dispositi, ut septem tantum restent, qui eiusmodi locis vacare videantur.

---

[1]) Quam leviter Iustinus in narrandis rebus egerit, e prologis intelligi potest, quos de Trogi opere posterioribus temporibus grammaticus quidam incognitus composuit; qua de re vide etiam Fr. Borchardt „Quaestiones Iustinianae“, Diss. Gryphiswald. 1875, p. 3 sqq. — cfr. Wetzelii editionis Iustinianae (Lignitii 1806) „Praecognita de Iustino“ p. IX, 3.

[2]) Gutschmid l. l. p. 194. — I. Al. Rožek „De natura latinitatis Iustinianae“, lib. schol. Hermannstadt. 1865, p. 4, p. 5. — Fr. Fischer „De elocutione Iustini“, Diss. Halens. 1868, p. 66, 1. 2. — Ruehl in annall. Fleckeisen. 121 (1880) p. 571, adn. 21. — Borchardt p. 13 sqq. — Fr. Seck „De Pompei Trogi sermone“, lib. schol. Constantiae 1881, p. 27. — C. v. Paucker „Über Iustinische Syntax“ in „Zeitschrift f. österr. Gymnasien“ 34 (1883), p. 321 initio.

[3]) pp. 13—16; cfr. Rožek p. 5, qui hosce locos affert: 2, 1. 4, 1. 20, 4. 34, 1. 3. sqq. 44, 1.

Unde quamquam Iustinum Trogi vestigia pressisse illiusque sermonem tamquam suum fecisse apparet[1]) ita, ut elocutio, qua in epitome sua usus est, maxime Trogi aetatem resipiat, tamen eius libellum legentes saepius in verba et verborum conexus incidimus, quae, cum ab illa aetate nimis abhorreant, ipsius epitomatoris dicendi generi sunt attribuenda.[2]) Atque ut illuc redeam, unde defluxit oratio, haec ea ipsa sunt verba, quae ad tempora Iustini paululo certioribus finibus circumscribenda non minimo sunt emolumento. Quam rem cum respicerent alii, ut Recke[3]), Ruehl[4]), quibuscum Forcellini[5]) consentit, Antoninorum temporibus[6]), Teuffel[7]) paulo prioribus Iustinum vixisse effecerunt, alii initio tertii saeculi eum floruisse statuerunt ut Wetzel[8]), Lachmann[9]), Paucker[10]), quorum opinionem Martinus Schanz[11]) sequitur. Atque Lachmann quidem tantum abesse ait, ut Iustinus locis 11, 4, 7 et 34, 2, 6 vocabula „(sub corona) venduntur“ et „venditur“ a Trogo deprompserit, ut contra his formis ne secundo quidem saeculo illud opus confectum esse appareat. Reliqui, quos modo commemoravi, viri doctissimi, nullis propriis argumentis allatis (v. adnn.) idem atque ille sentiunt. Sed prorsus aliam viam illustrissimus noster Niebuhr[12]) ingressus est, qui „M. Iuniani Iustini“ nominis forma commotus, cum praenomine illo quidem Romano instructa sit, gentilitio nomine careat, tertio eum saeculo esse attribuendum manifesto demonstrari dicit.

Quae cum ita sint, ego accuratius, quo tempore Iustinus historiam suam conscripsisse videretur, quaerere conatus eam rationem secutus sum, ut, quomodo ille infinitivis usus esset, quam diligentissime perscrutarer. Qua in re cognovi, usum

---

[1]) cfr. Fischer p. 65 infra sq. — [2]) Madvig, adversa critica 2, 616.

[3]) Recke quidem p. 4 non abnuere videtur.

[4]) Ruehl „Über die Verbreitung . . .“ p. 36, quo loco idem annorum spatio, intra quos opus compositum esse possit, primum septuagesimum atque ultimum ducentesimum vicesimum sextum terminos ponit.

[5]) Forcellini (De-Vit) „Totius Latinitatis lexicon . . .“, Prati 1858—60, s. v. „Iustinus“.

[6]) Vossius (v. Frotscherum p. V sq.) vocabula illa „Imperator Antonine“, quae in antiquis quibusdam editionibus post praefationis verba (§ 5) „Quod ad te“ legerat, genuina esse credidit eaque summo acumine e dubiorum verborum contextu etiam restituere conatus est. Attamen in nostris recensionibus iam non inveniuntur. — [7]) Teuffel vol. I p. 604, II, 882.

[8]) Wetzel, p. VI („quod veri est similius“). — [9]) Lachmann p. 193.

[10]) Paucker p. 321 („der etwa zu Anfang des dritten Jahrhunderts schrieb“). — [11]) Martinus Schanz „Geschichte der römischen Litteratur“, Monachi 1892, p. 194 („Diese letzte Ansicht erachte ich für die richtige“ scil: Iustinum III saeculo esse adnumerandum). — [12]) Niebuhr l. l. p. 12.

infinitivorum Iustinianum nullo modo a ceteris omnium aetatum scriptoribus differre, nisi forte duae exstant res, quibus Iustinus ad Tertulliani dicendi genus accedere videatur. Atque primum quidem 28, 4, 9 his utitur verbis: „cum IV milia sola ex pugna superfuisse conspexisset, hortatur . . .“ Quem infinitivum „superfuisse“ infinitivi praesentis loco positum esse, nemo non videt, qui usus Kellnero, viro doctissimo, temporum quadam attractione q. v. explicandus videtur, quam persaepe apud Tertullianum exstare monstravit.[1]) Et cum ipse quoque Tertulliani nonnulla scripta evolverem atque in infinitivi usum excuterem[2]), repperi verbum „compellere“ cum mero infinitivo vel cum accusativo personae et infinitivo coniunctum a Tertulliano et ab Iustino saepius adhibitum esse, quam ut fortuito id factum esse putaverim. Immo quamquam „compellere“ verbum ab aliis quoque auctoribus hic illic usurpatum esse constat[3]), tamen, cum a Tertulliano et Iustino aliis verbis, quae idem sibi volunt, quasi anteponatur, non iniuria efficere possumus, Iustini aetatem non ita longo spatio a Tertulliani distare.

Sed ut, quomodo noster infinitivos usurpasset, posset intellegi, cunctos fere, qui in epitoma exstant[4]), collegi, indagavi, disposui, et ut quaecumque huc spectant verba afferrem neve ullum quamvis usitatum omitterem, etiam usurpatissima enumeravi, non alienum ratus in syntaxin Latinam quibusdam locis complendam pro virili parte operam navare. Atque ita quidem rem institui, ut et, quoad eius fieri potuit, infinitivorum ordines nonnullos secundum tempora componerem, ex quibus ei usurpati sunt, et, ubi fieri non poterat, singulis infinitivis adderem, quo ex tempore eiusmodi usus exstaret. Accedit, quoniam, qua aetate Iustinus vixerit, certioribus finibus circumscribere in animo habueram, ut, ubi haud ineptum erat atque licuerat, infinitivos — praeter paucos priorum temporum — inde a Livio usque ad Tertullianum ex libris doctissimorum virorum depromptos componam.

---

[1]) Kellner „Die sprachlichen Eigentümlichkeiten Tertullians“ in „Tübinger theol. Quartalschrift“ 58 (1876), p. 235.

[2]) Quam in rem legi eos libellos, qui inscribuntur „Libri apologetici“, quorum paginas citabo secundum editionem F. Oehleri, Lips. 1853, vol. I.

[3]) v. capp. II et III s. h. v.

[4]) Omisi autem libri 38 capp. 4—7, quibus oratio quaedam Mithridatis continetur, quam Iustinus ipse (38, 3, 11) ad verbum se e Trogi opere exscripsisse confitetur.

Quo loco ut, qui hanc dissertationem legent, accuratius instruantur, quibus aliis libris adiutus sim, Draegeri syntaxin historicam[1]) et Kuehneri grammaticam[2]) nomino atque Ieepii[3]) et Ruehlii[4]) editiones, quorum illum in citandis locis in universum secutus sum, hunc autem quibusdam locis, sive in interpungendo sive in emendando contextu, quibus melius sensisse mihi visus est. Alios autem libros suis locis citabo.

In hoc opusculo rationem secutus sum hanc, ut primum de infinitivo grammatici subiecti locum tenente verba faciam, deinde de infinitivo obiecti vices sustinente, quibus adnectuntur pauca de oratione obliqua q. d., tum de nominativi cum infinitivo coniuncti usu loquar, deinde de casibus infinitivi q. v., postremum de infinitivo qui vocatur historico disseram.

Priusquam autem ad infinitivos ipsos describendos transeamus, liceat praemittere, ab Iustino non minus quam ab omnibus aliis scriptoribus saepissime vocabulum „esse" omitti et in infinitivis ipsis, qui ex participio et verbo illo compositi sunt, et in praedicatis q. v., quae verbo copulativo et nomine aliquo substantivo vel adiectivo formantur, quod imprimis post verba sentiendi et declarandi invenitur. (v. K[uehner l. l.] II, 1 p. 9; adn. 1 med.) Quod dicendi genus hoc modo ortum esse mihi videtur, ut inde a primis linguae Latinae nascentis temporibus duae fuerint constructiones, quarum utraque primo suam ipsius viam secuta est. Altera enim verba putandi et dicendi continentur, quae accusativi cum infinitivis secuntur, quorum praedicatum cum verbo esse coniunctum est; altera constat ex verbis, quibus vis atque sententia „jem. für etw. halten" (v. K. II, 1, p. 217, 1) subest, quaeque duplicem accusativum et obiecti et praedicati desiderant. Quorum verborum cum significatio simillima ac paene eadem esset, haud scio an factum sit, ut longius dicendi genus a breviore removeretur loco. Atque profecto ab omnibus omnium aetatum scriptoribus verbum „esse" plerumque omitti videmus et, quo posterioribus quis librum componeret temporibus, eo saepius „esse" illud neglexisse, praesertim si a

---

[1]) A. Draeger „Historische Syntax der latein. Sprache", Lipsiae, vol. I, [2]1878, II, [2]1881. — [2]) R. Kuehner „Ausführliche Grammatik der latein. Sprache", Hannoverae, 1877—79.

[3]) „Iustinus . . . recensuit Iustus Ieep." — Ed. minor., Lips. 1885.

[4]) „M. Iuniani Iustini epitoma . . . ex recensione Francisci Ruehl", Lips. 1886.

priore infinitivo **alter** **penderet**; cuius rei exemplo illud Iustini liceat esse: 11, 6, 9 „**gloriosius ratus** repellere bellum". Nec raro scriptores priorem illam vocem „**esse**" **propterea praetermisisse** videntur, ut oratio melius sonaret neve copula dupliciter adhibita aures offenderentur. Quae cum ita essent, accusativos illos duplices intellegere infinitivos mutilos decurtatosque non dubitavi.

Praeterea hoc loco dicendum mihi est, pronomen subiectivum in constructione accusativi cum infinitivo coniuncti ab Iustino quoque saepius neglectum esse, id quod suo loco attuli (v. Dr[aeger, l. l.] II, p. 440 sq.).

CAPUT I.

Infinitivus est subiectum grammaticum.

Subiecti grammatici locum tenet aut infinitivus nudus q. v. aut accusativi cum infinitivo coniuncti structura in enuntiationibus, quarum praedicatum formatur aut nomine substantivo vel adiectivo cum verbo copulativo („est", „videtur", cfr. K. II, 1 p. 10 sqq.) coniuncto aut verbo impersonali vel, quae eius vicibus fungitur, persona tertia numeri singularis verbi passive usurpati.

A. Infinitivus nudus.

1. Praedicatum est verbum copulativum cum nomine quodam coniunctum.

a. nomen substantivum.

Ex paucis iis vocabulis, quae apud Iustinum exstant, ante Ciceronis tempora hoc solum (semel apud Plautum, v. Dr. II, p. 358) invenitur:

mos. 1, 1, 3 „fines tueri magis quam proferre mos erat". — Adiungitur dativus personae, cui quid facere mos est: 9, 8, 15 „Patri mos erat etiam de convivio in hostem procurrere . . ." — 18, 5, 4 „Mos erat Cypriis virgines . . . mittere". — v. L. Kuehnast „Die Hauptpunkte der Livianischen Syntax", Berol. 1872, p. 248. — F. Lohr „De infinitivi apud Statium et Iuvenalem usu"[1]), Diss. Marburg. 1876, p. 55 (Iuven.). — P. Czensny

---

[1]) **Qui cum de duorum scriptorum elocutione verba fecerit, duos plerumque in citando numeros afferam, quorum prior ad Statium, ad Iuvenalem posterior pertinet.**

„De infinitivo Taciteo I", Diss. Vratislav. 1868, p. 28 inf. 31. — J. Schinkel „Quaestiones Silianae", Diss. Hal. 1883, p. 55. — H. R. Thimm „De usu atque elocutione Suetoni", Diss. Regimont. 1867, p. 89. — Apud Ciceronem plerumque pro infinitivo particula „ut" cum coniunctivi modo coniuncta legitur, apud Iustinum semel: 36, 2, 16 „semper hic mos apud Iudaeos fuit, ut eosdem reges et sacerdotes haberent". — cfr. Dr. II, p. 278 sq. — K. II, 2, p. 837 adn. 1.

Inde a Ciceronis aetate invenitur:

consuetudo. Draeger II, p. 360, 2) singulos solius Ciceronis et Caesaris[1]) locos affert; attamen apud Iustinum quoque hanc vocem cum infinitivo coniunctam legimus hoc loco: 9, 8, 9 „Gratiam fingere in odio, instruere inter concordantes odia, apud utrumque gratiam quaerere solemnis illi consuetudo."

Hanc quoque vocem apud Ciceronem tantum et Horatium et Ovidium Dr. II, 363 legimus exstare:

opus, quamquam et Iuvenalis eo dicendi modo usus est (v. Lohr p. 56) et Iustinus hoc loco: 31, 7, 1 „cum vincere Poenos opus Scipionum esset".

Poetas secutus est, cum hoc dicit:

furor 18, 3, 11 „Id primum aliis videri furor, in occidente solis ortum quaerere". — Dr. II, p. 366 Tibulli locum 4, 3, 7 affert; v. O. v. Golenski[2]) „De infinitivi apud poetas Latinos usu", Diss. Regimont. 1864, p. 41. — H. Merguet[3]) „De usu syntactico infinitivi Latini, maxime poetico", Diss. Regimont. 1863, p. 35. — Schinkel p. 54. — Lohr p. 51. 56. — Quo loco infinitivus „quaerere", cum ad pronomen subiectivum „id" explicandum appositus sit, melius pro subiecto logico quam grammaticum interpretandus est; cfr. K. II, 1, p. 489, c. — Golenski p. 51. — Kuehnast p. 248.

---

[1]) H. Merguet „Lexikon zu den Schriften Cäsars und seiner Fortsetzer", Jenae 1886, alterum locum exscripsit, ambo hos (b. g. 4, 7, 3. 5, 41, 7) H. Meusel „Lexicon Caesarianum", Berol. 1887 sqq., cuius opus mihi usque ad litteram t tantum excutere licuit. De usu Ciceroniano hoc loco cum Draegero consentit H. Merguet, „Lexikon zu den Reden des Cicero", Jenae 1877—84.

[2]) et [3]) Golenski in hoc libello nonnullis locis magno acumine contra Merguetum disputavit, qui eandem rem proximo anno tractaverat. Sed cum hic exempla attulisset inde a Plautinis comoediis usque ad Horatii carmina, Golenski, ne ea quoque ratione eandem materiam libellus suus exhiberet, poetarum libros excussit inde a Vergilio usque ad Ausonium, et „ut, qualis posteriorum prosae orationis scriptorum usus fuerit, intelligatur", Apuleium quoque multis locis citat.

gloria 41, 1, 8 „quamquam plus gloriae est inter Assyria et Medica Persicaque . . . regna . . emergere potuisse quam longinqua bella vicisse“. — v. Schinkel, p. 53. — Cum quo dicendi modo hic est comparandus: 28, 4, 14 „nec minori sibi gloriae fore, si . . . proderetur“.

Apud Iustinum solum puto legi nomen substantivum:

dolus 24, 2, 2 „Primus ei dolus fuit simulato amore sororis matrimonium petere“.

b. nomen adiectivum (neutr. gen.).

Hic dicendi modus omnibus temporibus exstat, v. Dr. II, p. 358. Gradus autem positivus apud Iustinum his locis legitur:

difficile 2, 11, 14 „Nihil erat difficile persuadere . . .“ — Inv. apud Cic. et Caes. (v. Lexica modo allata). — K. Kraut „Syntax und Stil des jüngeren Plinius“, Schönthal, 1872, p. 31. — Lohr p. 71 (Juv.). — Czensny p. 26. — Tertullian. p. 191. — Pro infinitivo enuntiatio secundaria e particula „ut“ pendens invenitur 1, 9, 6 „Erat enim difficile, ut parceret suis“. — cfr. Dr. II, p. 275.

perniciosum 6, 2, 15 „quia pluribus id mandare perniciosum sit“. — Semel apud Cic. legitur, v. Merguet Lex. Cic. s. h. v.

indecorum v. s. v. „periculosum“.

periculosum 11, 15, 12 „quam (sc. causam) neglegere illi et indecorum et periculosum esse“. — Ad vocem „periculosum“ singuli Ciceronis et Caesaris in lexicis loci inveniuntur. — v. Kuehnast p. 248. — Czensny p. 26. — Gradus comparativus exstat 11, 9, 3 „periculosius differe bellum ratus“. — Uterque gradus 23, 3, 7 „Romanis periculosum videbatur exercitum . . . non traicere, periculosius a Sicilia decedere“.

Gradum comparativum his locis repperi:

melius 4, 3, 2 „quippe ut Reginis melius fuerit vinci quam vicisse“. — Apud Cic. (v. lex.) accusativi cum infinitivo coniuncti constructio tantum legitur. — v. Tertull. p. 483.

pulchrius 16, 2, 9 „omnique regno pulchrius regis esse patrem duxerat“. — Ap. Cic. legitur. — v. Lohr p. 66 (Stat.). — Czensny p. 27.

gloriosius 11, 6, 9 „gl. ratus repellere bellum quam non admittere“. — Semel ap. Cic., nunquam ap. Caes. invenitur, v. lexx.

turpius 9, 2, 8 „. . . et turpius putare (se) parvo defungi quam totum abnuere“. — Ap. Cic. et Caes. saepe haec constructio legitur (v. lexx.). — H. Georges, „De elocutione Velleii Paterculi“, Diss. Lips. 1877, p. 62. — Lohr p. 66. 72. — Czensny p. 27. — cfr. 11, 10, 13 „turpe ducentes, si feminis suis plus animi fuisset . . .“ — v. Kraut p. 31. — (Kuehnast p. 244.)

tutius 11, 8, 7 „T. tamen ratus dubiae se fidei medici credere quam indubitato morbo perire“. — Quam constructionem in lexicis Cic. et Caes. non inveni. — v. Georges p. 62. — Schinkel p. 71. — Czensny p. 26.

Gradus superlativus uno tantum loco exstat:

optimum 14, 2, 6 „Omnia igitur circumspicienti optimum visum est ad . . . Argyraspidas . . decurrere“. — Nudum infinitivum ap. Cic. et Caes. non repperi.

c. Nonnullis autem locis infinitivus nudus subiectum grammaticum est in enuntiationibus, quarum praedicatum non simplicibus illis verbis „tutum est“ vel „utile est“ formatur, sed compluribus, quae tamen ad simplicem eiusmodi notionem proxime accedunt, vocibus circumscribitur. Ita, quod prosa oratione „tutissimum visum est“ dicitur, Iustinus, ut poeticam rem fingat, hisce verbis exprimit: 23, 3, 8 „In hoc aestu periculorum tutissimus portus consiliorum visus est omnibus viribus decernere . . .“ — Idem fere quod „utile est“ volunt haec verba: 13, 6, 13 „in rem visum est ab Aegypto incipere“, (cfr. Kuehnast p. 247) — idem quod „utilissimum est“ haec: 31, 5, 5 „Aliis bellis plurimum momenti habere, priorem aliquam cepisse occasionem loci temporisque, agros rapuisse, urbes aliquas expugnasse“. — Postremum huc liceat hoc exemplum afferre: 2, 13, 10[1]) „Erat res spectaculo digna et aestimatione sortis humanae, rerum varietate miranda in exiguo latentem videre navigio, quem paulo ante vix aequor omne capiebat“. — Cuius enuntiationis speciem mere grammaticam equidem hanc censeo esse: „videre erat res (spectaculo digna . .)“; attamen eam, pronomine „haec“ ad vocem „res“ cogitatione adiuncto, ita quoque intellegi posse concedo, ut subiectum grammaticum sit „res“ vocabulum, quod infinitivo illo accuratius explicetur.

---

[1]) In interpungendo Ruehlium sequor; v. etiam Chr. Schwarzii translationem, Stuttgart 1834, p. 117, adn.

2. Praedicatum est verbum impersonale.

Tres eae formae, quae apud Iustinum exstant, omnibus temporibus usurpatae sunt. Ex quibus usitatissima est

licet (Dr. II, p. 353): 11, 13, 3 „quod liceret cum omnibus Darei copiis confligere". — 2, 2, 7 „furari". — 8, 5, 11 „profiteri". — 13, 2, 6 „uti". — Hoc verbum coniunctum est cum dativo pronominis reflexivi: 43, 4, 4 „ut sibi educare . . . liceret". — 43, 5, 6. 14, 3, 11 „adloqui". — cum dativo pron. demonstrativi 24, 3, 9 „mori ei . . . non licuit". — v. Dr. I, p. 435 sq. — Multa in lexicis Ciceronis et Caesaris exempla exstant. — v. Kuehnast p. 248. — Seck p. 21. — Georges p. 63. — Schinkel p. 73. — Lohr p. 36. 39. — Czensny p. 25. — Tertull. p. 56. 111. 254.

oportet 4, 5, 3 „in quae (sc. bella) servare hos urbis apparatus oporteat". — v. Dr. II, p. 354. — Lexx. Cic. et Caes. exempla exhibent. — Lohr p. 37. 40.

pudet 14, 4, 8 „si ipsos pudet roganti vim adhibere". — Dr. II, p. 343, α. — Inv. in lexx. Cic. et Caes. (b. g. 7, 42, 4). — Schinkel p. 72. — Lohr p. 36. 39. — Czensny p. 25. — Tertull. p. 123.

3. Praedicatum est persona tertia numeri singularis verbi passivi.

permittitur 44, 3, 6 „aurum . . . colligere". — v. Tertull. p. 116.

permissum est 3, 3, 5 „Iuvenibus non amplius una veste uti . . . permissum". v. Lohr p. 27 (Stat. et Iuven.). — Czensny p. 24. — Tertull. p. 300. — Qui dicendi modus nisi posterioribus temporibus non invenitur.

B. Accusativus cum infinitivo coniunctus.

1. Praedicatum est verbum copulativum cum nomine quodam coniunctum.

a. nomen substantivum.

fama. Quae vox tali modo constructa omnibus temporibus legitur; v. Dr. II, p. 426, quo loco Ciceronis quoque unum exemplum affertur. In scriptis rhetoricis haec constructio non exstat; v. Merguet, lex. Cic. — Apud Iustinum invenitur inf. act. 32, 3, 13 „Histrorum gentem fama est originem a C

cere". — v. Schinkel p. 54. — Tertull. p. 139. 315 med. — inf. pass. 18, 2, 4 „quo eum arcessi fama erat". — Simplex verbum „constat" Iustinus his verbis circumscribit: 25, 5, 3 „Satis constans inter omnes fama est, nullum . . . regem comparandum Pyrrho fuisse". — Huc afferendum est hoc quoque exemplum 2, 14, 8 „fama ad utrumque exercitum venit, vicisse Graecos"; cfr. lexx. Caesariana Merguetii et Meuselii s. h. v.

tempus omnibus temporibus raro invenitur (v. Dr. II, p. 430 sq.); ap. I. quoque semel tantum exstat 11, 5, 7 „quorumque tempus esse vices excipere melius acturos". v. Kuehnast p. 247.

fas aeque ac nefas omnibus temporibus hanc constructionem admiserunt. v. Dr. II, p. 427. — inf. act.: 14, 4, 12 „si fas fuisset eum mortali manu cadere". — inf. pass. 42, 2, 8 „neque enim silentio regnum tantum praeteriri fas est". — Cfr. 13, 2, 9 „nec esse fas, ut Macedonibus . . . reges constituantur".

nefas 12, 15, 10 „prorsus quasi nefas esset viro forti alium quam virum fortem succedere". — 29, 2, 4 „regem esse". — v. Kuehnast p. 248. — Georges p. 65. — Schinkel p. 55. — Tertull. p. 422. — „nefas habetur" uno loco exstat 44, 3, 6 „quem violari n. h."

opus omn. tem. inv; v. Dr. II, p. 428. — 17, 2, 2 „solum se . . remansisse victoremque victorum exstitisse, non humanum esse opus, sed divinum munus . ." — Quod Kuehner II, 1 p. 489, c infinitivos in accusativi cum infinitivo coniuncti constructione plerumque esse „epexegeticos", i. e. verbum quoddam vel positum vel cogitatione supplendum explicantes, dicit, rectissime mihi iudicasse videtur. Quae res cum aliis tum hoc exemplo modo allato satis illustratur.

Praedicatum nomine substantivo et verbo copulativo vel posito vel omisso formatum verbi dolendi vices sustinet his duobus locis: 12, 4, 1 „indignatio omnium erat, a Philippo illum patre tantum degenerasse, ut . . ." — et 8, 4, 7 sqq. „Foedum prorsus miserandumque spectaculum, Graeciam . . . alienis excubare sedibus . . ." Qua in enuntiatione infinitivus „Graeciam . . . excubare" aut ipse subiectum grammaticum est aut subiecto explicando inservit. Non recte ii sentiunt, qui verba „Foedum . . spectaculum" interpretantur accusativum exclamationis atque indignationis et „Graeciam . . excubare" eadem ratione infinitivum,

qui absolute positus est, ubi animi quidam affectus exprimitur. Hanc tamen constructionem ab Iustino non ita raro adhibitam esse, infra videbimus. — Ad vocem „indignatio“ v. Dr. II, p. 427.

b. nomen adiectivum (neutr. gen.).

Inde ab antiquissimis temporibus usurpata sunt haec vocabula: (v. Dr. II, 423 sq.).

aequum 12, 11, 5 „pariter in militiam lectos pariter sacramento solvi aequum censentes“. — 34, 3, 7 „Dimitti .. se ..“ —

certum 22, 6, 3 „certumque esse florentibus Carthaginiensium opibus adversisque rebus suis commutationem significari“.

non dubium est (v. Dr. II, p. 389), saepius non nisi post Ciceronis tempora invenitur, ap. I. semel: 9, 5, 5 „Neque enim dubium erat, imperium Persarum . . . peti“. — v. K. II, 2, p. 832, c. — E. Opitz „De L. Annaei Senecae genere dicendi“, lib. schol. Naumburg 1871, p. 28. — Thimm, p. 85. — cfr. Fischer p. 50, 2.

melius inf. act. 6, 2, 6 „statuerunt melius esse incessu regem quam imperio regnum claudicare“. — inf. pass. 13, 2, 12 „melius esse ex his legi qui . . .“

Inde a Ciceronis temporibus leguntur haec: (v. Dr. II, p. 424, b.)

incredibile 1, 10, 12 „incredibile prorsus tanta patientia cessisse eos“. — 20, 4, 7 „ut aliquos ex his luxuriatos incr. videretur“. — 32, 1, 8 „quem potuisse capi incr. singulis videbatur.“ — Insolenter pro hac constructione enuntiatio e particula „ut“ pendens legitur 12, 9, 8 „incredibile dictu est, ut eum non multitudo hostium . . . terruerit“.[1]) — Draeger (II, p. 275, 11.) hunc locum affert et Cic. p. leg. Man. 21, 62.

indignum (v. lex. Cic. Merguetii) 6, 1, 6 „Indignum ait bella non perfici sed redimi“. — 7, 5, 7 „I. prorsus . . . liberos a matre vita privatos“. — 30, 3, 9.

---

[1]) Quo loco liceat mihi adnotare, apud Iustinum „incredibile“ vocb. duobus locis tam arte cum altero vocabulo „quantum“ conexum esse, ut tamquam in unum coalescerent et simplicis adverbii q. a. locum tantum tenerent. Qua in re cum „quantum“ vcb. vim pronominis interrogativi plane exuerit, verba sequentia non in enuntiato secundario, sed primario, verbum finitum q. d. non in modo coniunctivo, sed indicativo ponitur: 8, 2, 5 „Incred. quantum ea res . . . Philippo gloriae dedit“. — 36, 2, 16. — cfr. A. Draeger „Ueber Syntax und Stil des Tacitus“, Lips. [2]1882, p. 65 (§ 154).

manifestum 6, 8, 3 „ut m. sit patriae gloriam et natam et exstinctam cum eo fuisse". — v. Czensny p. 46.

mirum 41, 1, 6 „ut cuivis mirum videatur, ad tantam eos felicitatem . . . provectos". — Quod praedicatum si negative usurpatur, subiectum non est accusativus cum inf. coniunctus, sed enuntiatio e particula „si" pendens, cuius rei apud Iustinum hoc exemplum exstat: 4, 1, 8 „nec mirum si . . ." — v. R. Blaum „Quaestionum Valerianarum specimen", lib. schol. Argentorati 1876, p. 24. — Tertull. p. 288.

ridiculum (v. lex. Cic. Merg.) — 32, 4, 7 „Id primum Ponticis r. visum, fictilibus dimicare qui ferro nequeant".

turpe (v. lex. Cic. Merg. et lex. Caes. Merg.) — 8, 2, 10 „ . . sceleris, cuius turpe erat alios vindices fuisse".

Apud alios scriptores non inveni haec duo:

admirabile 2, 2, 14 „prorsus ut adm. videatur, hoc illis naturam dare, quod . . ., cultosque mores incultae barbariae conlatione superari".

sollemne 42, 4, 16 „ . . iam quasi soll. est reges parricidas haberi". —

2. Praedicatum est verbum impersonale.

Omnibus temporibus a scriptoribus usurpatae sunt hae voces: (v. Dr. II, p. 419)

apparet inf. praes. act. 11, 1, 9 „ut appareret plura eum experimentis reservare". — inf. pf. pass. 15, 2, 8 „ut appareret eos . . . gloria accensos". — 32, 2, 5 „ut appareret non tam absolutum regem quam donatum filio patrem". — v. lex. Cic. Merg. — Kuehnast p. 248. — Georges p. 64. — Czensny p. 45. — Tertull. p. 519 med.

oportet 24, 6, 4 „locupletes deos largiri hominibus oportere". — inf. pass. 2, 13, 6 „nec augeri numerum . . . oportere". — v. Czensny p. 45. 54. — Tertull. p. 149. 462. 479.

Inde a Cicerone haec leguntur vocabula: (v. Dr. II, p. 420 sqq.).

constat 32, 4, 10 „constat Annibalem . . cenasse aut . . . indulsisse". — cfr. 25, 5. 3 s. v. „fama", p. 15.

iuvat[1]) 31, 8, 3 „Iuvabat Ilienses nepotes suos . . . Asiam

---

[1]) Verbum impers. „expedit" non haec constructio, sed partc. „ut" sequitur 34, 1. 7 „expedire omnibus dicunt, ut habeant" — v. K. II, 2, p. 816. — Dr. II, p. 273, 9.

ut avitum regnum vindicare". — Draeger tres Ciceronianos tantum locos affert.

placet inf. praes. pass. 13, 2, 14 „placuit itaque Roxanes exspectari partum". — Additur persona, cui quid placet 13, 6, 11 „Quibusdam placebat bellum ... transferri". — 18, 3, 9 „cum ... servis .. placuisset regem .. creari". — v. Kuehnast p. 253. 254. — Czensny p. 45.

3. Praedicatum est persona tertia numeri singularis verbi passivi. — v. Dr. II, 423. — K. II, 1, p. 522 adn. 1. — Kuehnast p. 249. — Czensny p. 36. 37.

Qui dicendi usus rarissime ante et saepius post Ciceronis aetatem demum exstat, v. Dr. II, p. 456 sqq. Unum verbum legitur ap. I., quo vel Terentius usus est:

dicitur 22, 5, 12 „ut dicatur eos solos ... esse qui ..." — v. Tertull. p. 206.

Cetera verba inde a Ciceronis vel Caesaris temporibus inveniuntur:

compertum est 39, 5, 1 „.. ubi primum compertum est scelere filii matrem interfectam." — Apud Caesarem (b. c. 1, 6, 2) legitur; v. lexx.

creditum est 9, 7, 1 „Creditum est etiam immissum (eum) ab Olympiade matre Alexandri fuisse." — 43, 2, 7 „Martios pueros fuisse (eos) ... creditum". — v. E. Bonnell „Lexicon Quintilianeum" (Lips. 1834) in edit. Spalding, s. v. „credo". — Tertull. p. 41.

intellectum est 18, 3, 14 „Tunc int. est quantum ingenua servilibus ingenia praestarent, malitiaque servos, non sapientia vincere". — cfr. 5, 10, 13 „ut subesse bellum intellegi posset". — v. lex. Cic. Merg. et lex. Caes. Merguet. Meusel.

nuntiatur inf. praes. act. 11, 8, 1 „Dareum ... adventare". — 31, 6, 7 — inf. praes. vb. dep. 12, 13, 1 „legationes .. opperiri". — inf. pf. act. 5, 10, 6 „in bellum Athenienses exarsisse". — 11, 2, 7. 11, 12, 6. — inf. praes. pass. 2, 15, 7 „opus ... maturari". — nuntiatum est: 31, 7, 3 „profligatum bellum". — cum nuntiatum esset: inf. praes. act. 14. 3, 1 „Antigonum venire". — inf. praes. pass. 2, 11, 5 „cacumen teneri" — 27, 1, 5. 37, 4, 4. — Ap. Cic. et Caes. inv., v. lexica.

proditur 44, 4, 1 „Titanas bellum ... gessisse". — pro-

ditum est 2, 10, 19 „ut non immerito proditum sit, flumina . . . siccata Graeciamque omnem vix capere exercitum eius potuisse". — v. Dr. II, p. 459.

Apud alios scriptores hoc unum verbum non exstare videtur: **defertur** 11, 7, 1 „ad eum defertur insidias ei parari".

In hisce, quas modo attuli, enuntiationibus accusativi cum inf. coniuncti constructio pro nominativo et infinitivo adhibita est; solus autem accusativus cum inf. coni. sequitur hanc formam

respondetur 11, 11, 9 „patrem eius nec interfici posse nec mori". — 11, 11, 10 „victoriam dari". — responsum est inf. fut. 20, 2, 6 „finem mali fore, si . . . placassent". — 34, 1, 4 „legatos se . . . missuros". — responsum (omissa forma „est":) 2, 6, 17 „superiores (eos) fore". — 16, 3, 6 „idem . . . remedium fore". — inf. gerund. 20, 3, 2 „hostes . . . vincendos".

responsum fuerat 2, 11, 8 „aut regi . . . aut urbi cadendum". — cfr. 2, 12, 13 „resp. fuerat, salutem muris ligneis tuerentur". — Forma passiva „responsum est" ap. Cic. et Caes. legitur; v. lexx.

CAPUT II.

Infinitivus est obiectum grammaticum.

Quam materiem tractantes primum de infinitivo nudo, deinde de accusativi (vel dativi) et infinitivi constructione, postremum de accusativi cum infinitivo coniuncti structura disseremus.

A. Infinitivus nudus.

1. Obiecti vices infinitivus sustinet suspensus de verbis, quae facultatem quandam exprimunt. (v. K. II, 1, p. 490 sqq.)

Omnibus temporibus inveniuntur (v. Dr. II, p. 301 sqq.)

possum inf. praes. act. 1, 3, 3 „negat se ei parere posse". — 1, 8, 2 al. (Plus. LXX locis exstat.) — Nonnullis locis infinitivus supplendus est: 2, 5, 5 „ut quos ferro non poterant, metu verberum vincerent". — 2, 12, 11. 3, 5, 1. 5, 2, 11. 5, 9, 8. 9, 6, 8. 12, 7, 9. 28, 1, 2. 37, 2, 7. 38, 10, 7 — id quod fieri solet, cum actio, qua quid fieri potest, opposita est actioni, qua fieri non potest, hoc loco excepto 11, 15, 10 „Alexandro referre se, quam

solam moriens potest, gratiam". — inf. praes. pass. plus quam quadragies legitur, e. g. praef. 1 „ut cum nostra Graece, Graeca quoque nostra lingua legi possent".

Verbum „posse" plerumque particula „non" in contrarium vertitur. Vb. nequeo, ut apud omnes scriptores (v. e. g. lexx. Cic. et Caes.; Kuehnast p. 254; Czensny p. 22) ita ap. Iustinum quoque raro legitur:

nequeo inf. act. 2, 2, 14 „quod Graeci . . . consequi nequeunt". — 9, 4, 10. 11, 12, 8. 16, 1, 16. — Infinitivus e verborum contextu supplendus est hoc loco 32, 4, 7 „. . fictilibus dimicare qui ferro nequeant". — inf. pass. 1, 5, 10 „Epistula quia palam ferri nequibat . . ."

scio 28, 3, 12 „cui parere ipsi sciant". — v. Golenski p. 28. — Kuehnast p. 254. — Lohr p. 32. 33. — Czensny p. 22. — Ad. Ebert „De M. Corn. Frontonis syntaxi", Diss. Erlangens. 1880, p. 32. — Tertull. p. 76. 230. 266.

nescio 28, 3, 12 „qui . . . imperare illis nesciat". — 41, 2, 7. — 40, 2, 4 „tueri". — v. Golenski p. 31. — Kuehnast p. 253. — Lohr p. 33. 33. — Czensny p. 22. — Tertull. p. 238.

Inde a Cic. invenitur (v. Dr. II, p. 301, 1)

valeo 25, 4, 2 „. . nec quicquam Pyrrhum . . . sustinere valuit". — v. Golenski p. 29. — Merguet p. 29. — Kuehnast p. 254. — Schinkel p. 74. — Lohr p. 10. 11. — Czensny p. 22. — Thimm p. 88. — H. Holstein „De Plinii minoris elocutione", II, lib. schol. Magdeburg. 1869, p. 12. — Tertull. p. 140. 475. 518 med.

2. Infinitivus nudus e verbis pendet, quibus notio necessitatis inest. (v. Dr. II, p. 305).

Omnibus temporibus invenitur

debeo inf. act. 5, 2, 10 „memorem (eum) esse debere". — 9, 2, 6 „facere". — 10, 1, 7. 11, 14. 4. 12, 5, 4. 27, 1, 1. 36, 4, 10. 38, 8, 15. — Infinitivus supplendus est 12, 6, 6 „quippe paternas laudes tam iracunde accepisse se quam nec convitia debuisset". — inf. vb. depon. praef. 2 „videri"; idem vb. legitur 2, 1, 9. — inf. pass. 5, 8, 3 „an dari deberet". — 8, 2, 6.

Inde a Cic. invenitur

necesse habeo. Quod verbum Cicero negative tantum, Iustinus ter affirmative, bis negative usurpavit. Affirmative

4, 3, 3 „sive amissa patria exsulare necesse habuissent". — 13, 8, 4 „decernere". — 25, 3, 2 „redire" —; negative: 16, 1, 19 „ne eodem tempore adversus eum dimicare necesse haberet". — 40, 1, 4 „neque bello alium lacessere neque lacessitus inferre alii bellum n. habuit". — Draeger Ciceronis tantum et Senecae iunioris mentionem facit, sed praeter hos Iustini locos v. etiam lexx. Caes. Meuselii et Merguetii et lex. Quintilianeum Bonnellii s. h. v.

3. Infinitivus nudus obiecti locum tenet, cum verba voluntatis sequitur et quae ad eam notionem accedunt (v. Dr. II, p. 305 sqq.).

a) verba affirmativa, quae omnibus temporibus leguntur:

volo inf. act. 1, 6, 14 „num in uteros matrum . . . vellent refugere?" — 2, 12, 19. 20. al. (plus quam tricies inv.) — Infinitivus supplendus est 3, 3, 2 „creandi quos vellet magistratus potestatem permisit". — 25, 3, 2. 37, 2, 6. — inf. pass. 6, 3, 5 „volebat idem haberi redditae" (sc. dominationis auctor.). — 7, 2, 2. 11, 12, 14.

malo inf. act. 4, 2, 5 „ut parere servo quam deserere regis filios mallent". — 8, 4, 5. 11, 14, 12. 16, 1, 7. 16, 2, 6. 22, 7, 10. — inf. pass. 9, 8, 17 „Amari pater malle, hic metui".

cupio inf. praes. act. 8, 1, 1 „dum imperare singulae cupiunt". — 11, 11, 6. 13, 6, 5. 16, 5, 13. 17, 2, 12. 26, 2, 9. 27, 2, 7. 38, 3, 1. 43, 2, 5. — inf. pf. act. (v. K. II, 1, p. 102, 10. et Dr. I, p. 254 sq.) 5, 4, 15 „eum . . . in caelo posuisse cupiunt". — Sexies inf. e participio „cupiens" pendet (Participium non legitur 5, 4, 15. 8, 1, 1. 13, 6, 5. 38, 3, 1.) — Ad hanc vocem v. Kuehnast p. 252. — Lohr p. 16. 22. — Schinkel p. 74. — Czensny p. 19. — Ebert p. 32.

praeopto 8, 4, 5 „ut . . perire ipsi quam non perdere eos praeoptarent". — inf. vb. dep. et passivus 11, 14, 1 „contra Persae mori quam vinci praeoptabant". — v. K. II, 1 p. 496, adn. 2. — Merguet p. 19. — Czensny p. 19. — (Apud Livium non exstat, v. Kuehnast p. 255, adn. 161.)

gestio 7, 6, 8 „quod exercitui suo robur . . . equitum adiungere gestiebat". — 8, 3, 10. 21, 1, 3. 29, 1, 11. 43, 3, 8. — v. Merguet p. 19. — Georges p. 63. — Opitz p. 25. — Schinkel

p. 60. — Lohr p. 16. — Tertull. p. 115. 121. 227. 307. — Non invenitur apud Livium; v. Kuehnast p. 255, adn. 161.

audeo 11, 14, 7 „ut . . nemo rebellare ausus sit". — 16, 3, 11 „reverti". — 17, 2, 8 „moliri". — 18, 7, 8. 10. — E participio „ausus" infinitivus ter pendet: 1, 2, 1 „ausa tradere". — 2, 4, 6. 43, 3, 6. —, ter quoque e forma perfecti „ausus fui": 11, 6, 3 „ . . an adgredi ausus fuerit . ." — 13, 3, 8 „cum accedere .. ausi non fuissent".— 32, 1, 6 „interficere ausi non fuerunt".

conor 5, 9, 13 „Thrasybulum corrumpere . . . conantur". — 21, 4, 1. 25, 5, 1. 30, 2, 6. — v. Kuehnast p. 251. — Georges p. 63. — Schinkel p. 76. — Lohr p. 15. — Czensny p. 18. —

studeo 25, 4, 3 „Tanto melius studebat adquirere imperia quam retinere". — 34, 4, 1 „consulere". — v. Kuehnast p. 254. — Lohr p. 14 (Stat.). — Tertull. p. 188.

contendo 4, 5, 4 „Nicias . . . manere contendit". — v. Czensny p. 19. — Golenski p. 20. — H. Kretschmann „De latinitate L. Apulei Madaurensis", Diss. Regimont. 1865, p. 136. — Apud Livium hoc verbum non exstat, v. Kuehnast p. 255, adn. 161.

curo (Dr. II, p. 333.) — 3, 5, 12 „curant rem hostibus nuntiare".[1]) — v. K. II, 1 p. 493, g. — Golenski p. 20. — Merguet p. 21. — Lohr p. 17. — Thimm p. 87. — Ebert p. 32. — Kretschmann p. 136. — Tertull. p. 91. 137. 474.

cogito 2, 12, 3 „bellum inferre . . . cogitatis?" — v. Golenski p. 16. — Merguet p. 18. — Opitz p. 25. — Lohr p. 23 (Iuven.). — Kretschmann p. 136. — Apud Livium non exstat, v. Kuehnast p. 255, adn. 161.

paro 2, 13, 4 „reliquas copias rex ipse deducere in regnum parat". — 18, 5, 6 „persequi". — 43, 3, 9. — v. Golenski p. 18. — Merguet p. 22. — Kuehnast p. 253. — Lohr p. 14. 22. — Czensny p. 18. — Tertull. p. 6.

instituo 8, 3, 13 „piraticam exercere instituit". — 36, 4, 5. 39, 2, 2. — v. Golenski p. 17. — Kuehnast p. 252. — Georges p. 63. — Czensny p. 18. — Thimm p. 87. — Kretschmann p. 136. — Tertull. p. 157.

---

[1]) Ruehlius pro „nuntiare" vult legi „nuntiari", v. edit. Ruehl. p. XXIII. Ita Frotscher quoque habet, v. O. Eichert „Vollständiges Wörterbuch zur Philippischen Geschichte des Justinus", Hannoverae 1882, s. v. „curo".

Inde a Ciceronis vel Caesaris aetate demum inveniuntur haec verba:

desidero 42, 5, 8 „nam et ipse restitui in regnum desiderabat". — v. Dr. II, p. 307. — K. II, 1, p. 491, a. — Opitz p. 25. — Tertull. p. 358. 507 inf. — Ap. Cic. et Caes. singulos locos inveni, v. lexx.

laboro 21, 5, 10 „Laborabat itaque invidiam praeteritorum contemptu praesentium demere". — v. Dr. II, p. 261. 262. 309. — G. Mueller „Zur Lehre vom Infinitiv", lib. schol. Goerlitz. 1878, p. 17. — Rožek p. 20. — Golenski p. 23. — Schinkel p. 62. — Lohr p. 17. 23. — Holstein p. 11. — Kraut p. 40, d. — Ap. Cic. uno loco exstat, v. lex., ap. Caesarem non legitur, v. lex., neque ap. Livium, v. Kuehnast p. 255, adn. 161.

molior perraro invenitur, v. Dr. II, p. 309. — 2, 15, 1. „urbem . . condere moliuntur". — Semel ap. Cic. (v. lex.) et Livium (v. Kuehnast p. 253); lexx. Caes. vacant. — v. Schinkel p. 63.

quaero 2, 11, 3 „dum ulcisci suos quaerunt". — 20, 3, 6 „dum mori honeste quaerunt". — v. Dr. II, p. 310. — Lexx. Cic. et Caes. vacant. — v. Opitz p. 25. — Schinkel p. 74. — Lohr p. 14 (Stat.). — Czensny p. 18. — Golenski p. 20. — Kretschmann p. 136. — Tertull. p. 488. 502. 503.

tempto 5, 3, 8 „urbem prodere". — 14, 3, 11 „fugere". — Ap. Cic. non legitur, v. Dr. II, p. 310, et lex. Merg. — Saepe ap. Caesarem, v. lexx. — v. Golenski p. 23. — Kuehnast p. 254. — Georges p. 64. — Opitz p. 25. — Schinkel p. 75. — Lohr p. 16. 22. — Czensny p. 18. — Kraut p. 40. — Kretschmann p. 136. — Tertull. p. 484. 535. med.

statuo 2, 12, 1 „sollicitare eos". — 8, 6, 4. 9, 1, 1. 16, 2. 1. 17, 2, 6. 20, 2, 3. 22, 4, 1. 31, 1, 1. 31, 6, 8. 35, 1, 1. 2. 36, 1, 2. 39, 1, 2. 42, 1, 1. — 2, 11, 19 „experiri maris fortunam statuit". — Saepe ap. Cic. et Caes., v. lexx. — v. Kuehnast p. 254. — Georges p. 64. — Czensny p. 18.

capio consilium 35, 1, 3 „pellere ipsum regno . . . consilium cepit". — v. Dr. II, p. 318, f. — Golenski p. 40. — Kuehnast p. 251 sq. — Duobus his vocabulis idem significari atque simplici verbo „constituo" rectissime dicit Kuebler „De infinitivo apud Romanorum poetas a nominibus adiectivis apto", lib. schol.

Berol. 1861, p. 6 med. — Itaque infinitivus non de nomine substantivo „consilium“ suspensus est intellegendus, sed de ambobus illis, quibus notio constituendi exprimitur, quamquam „saepe — ut doctissimi illius viri verbis utar — substantivis ita videmus infinitivum accomodari, ut aptus sit ex verbali notione ea, in cuius illa significationem substituta sint“. — Quocum dicendi modo hic quoque Iustinianus conferatur: 12, 7, 13 „Captus itaque cupidine Herculis acta superare“. — Duobus enim vocabulis „captus cupidine“ eandem cupiendi notionem contineri quam hac fere simplici forma „concupiscens“, quis est quin videat? — cfr. Dr. II, 358: „Ennius ap. Cic. Tusc. 3, 26 cupido cepit me proloqui“. — cfr. etiam Dr. II, p. 364 sq. — v. J. Fr. F. Mueller „De casuum apud Iustinum usu“, lib. schol. Budissae 1859, p. 19. 20. — Rožek p. 20. — Paucker p. 337. — Usitatiorem illam genitivi gerundivi q. v. constructionem e vocibus „consilium“ et „cupido“ pendentis ap. Iust. legimus hisce locis: 10, 1, 4 „interficiendi patris consilium cepit“ — et 11, 7, 4 „cuius urbis potiundae . . . cupido eum cepit“. —

Infinitivo nudo obiecti locum Iustinus solus post haec duo verba affirmativa explere videtur:

observo 7, 1, 9 „religioseque postea observavit . . . ante signa easdem capras habere“.

obtineo 1, 3, 2 „cum admitti . . . aegre obtinuisset“. — v. Paucker p. 337.

b) verba nolendi et quae ad eam notionem accedunt velut vbb. cunctandi et timendi (Dr. II, p. 334 sqq.).

Omnibus temporibus haec verba leguntur:

nolo 6, 2, 13 „quod eum adorare . . . nolit“ — 9, 8, 17. 36, 4, 7. — 1, 6, 16 reverti“ — 42, 5, 1 „mori“.

(non) dubito 1, 9, 5 „non dubitavit . . . parricidium facere“. — v. Dr. II, p. 340, d. — K. II, 2 p. 832, adn. 3. — G. Mueller p. 17. — Kuehnast p. 252. — Schinkel p. 73. — Lohr p. 20. 23. — Czensny p. 19. 58. — Tertull. p. 473 infra.

cesso 11, 13, 6 „Sed nec duces circuire suos cessabant“. — v. Dr. II, p. 339. — K. II, 1 p. 493. — Schinkel p. 76. — Lohr p. 19. 23. — Tertull. p. 114. 138. 523 med. — In lexx. Cic. et Caes. non exstat.

metuo 18, 6, 2 „Quod . . . referre metuentes“. — Ap. Cic.

et Caes. non legitur, v. lexx. et Dr. II, p. 342. — Golenski p. 25. — Merguet p. 25. — Kuehnast p. 253. — Opitz p. 25. — Lohr p. 20. 24. — Schinkel p. 72. — Ebert p. 32. — Tertull. p. 19.

timeo 24, 2, 6 „si mitteret, decipi periurio, si non mitteret, provocare rabiem fraternae crudelitatis timebat". — 25, 2, 4 „intrare portus". — v. Dr. II, p. 341, 9, a. — G. Mueller p. 17. — Golenski p. 24 sq. — Kuehnast p. 254. — Blaum p. 23. — Opitz p. 25. — Schinkel p. 72. — Lohr p. 20. 24. — Czensny p. 19. — Tertull. p. 408. 411. 491. 539.

Verbum „vereor" ap. Iust. non infinitivum regere, iam Kuehnast p. 255 recte attulit.

Inde a Ciceronis temporibus haec inveniuntur verba:

recuso 14, 1, 6 „recusantes dare (sc. pecunias) . . ." — **non recuso** 3, 6, 11 „suscipere tertium (sc. bellum)". — 1, 10, 12 „mori". — v. Dr. II, p. 336, 6, b. — K. II, 1 p. 494 et II, 2 p. 829, adn. 1. — Golenski p. 26. — Merguet p. 26. — Kuehnast p. 254. — Bonnell, lex. Quint. s. h. v. — Schinkel p. 76. — Lohr p. 21. — Czensny p. 19. 57. — Kraut p. 40. — Thimm p. 87. — Kretschmann p. 136.

cunctor 24, 8, 7 „ne cunctarentur . . . hostem caedere . . . et socios se adiungere . . ." — 26, 1, 9 „finire". — v. Dr. II, p. 339. — G. Mueller p. 17. — Kuehnast p. 252. — Lohr p. 19. — Czensny p. 19. 58.

omitto 41, 4, 4 „persequi defectores omiserunt". — v. Dr. II, p. 337. — Kuehnast p. 253. — Czensny p. 19. 58. —

Inde ab Ovidio poeta et a Seneca iuniore invenitur

dedignor 7, 3, 8 „dedignatus ipse ire". — v. Dr. II, p. 344, γ. — K. II, 1 p. 495, adn. 1. — Golenski p. 24. — Opitz p. 25. — Schinkel p. 60. — Czensny p. 19. — Holstein p. 11. — Thimm p. 87.

4. Obiecti grammatici vices infinitivus nudus sustinet verba secutus, quae aliquam rem incipi atque porro produci significant (Dr. II, p. 347—50).

Ante Ciceronis tempora leguntur

coepi (v. K. II, 1, p. 497 sq.) inf. act. 2, 1, 18 „animalia generare coepisse". — 2, 7, 8 „capital esse . . . coepit". — Circiter XL loci exstant, quorum etiam hos proferre liceat:

12, 6, 5 „pigere eum facti coepit". — „Paenitere" verbum ut vb. personale construitur (v. Dr. I, p. 167): 11, 3, 3 „Athenienses ... primi paenitere coeperunt". — 31, 6, 6 „paenitere neglecti consilii coepit". — 38, 10, 11.[1]) — inf. pass. 6, 4, 2 „contemni a finitimis coepere". — 14, 5, 9 „prohiberi". — 38, 10, 6 „magnus haberi". inf. vbi pass. reflexivi: 32, 4, 7 „ubi serpentibus coepere naves repleri". — v. Rožek p. 20. — Seck p. 20. — Kuehnast p. 251. — Georges p. 63. — Czensny p. 18. — Thimm p. 89, e. — Tertull. p. 253. 270. 520. — De forma „coeptus sum" v. cap. III, p.

disco 11, 12, 13 „contendere". — 43, 4, 1. — 44, 2, 6 „Aqua calida lavari . . . a Romanis didicere". — v. lexx. Cic. et Caes. et Dr. II, p. 348. — Kuehnast p. 252. — Schinkel p. 72. — Lohr p. 32. 33. — Czensny p. 22. — Tertull. p. 205. 402. 534.

soleo inf. act. vel vbi depon. 1, 7, 15 „uxorem . . . praedicare omnibus solebat". — 6, 2, 11. 11, 10, 9. 12, 14, 6 al. — 24, 6, 5 „largiri". — E participio „solitus" inf. act. pendet his locis: 2, 2, 3 „errare solitis". — 12, 14, 9. 15, 3, 6. 23, 1, 10. 41, 4, 7. — inf. pass. 12, 3, 12 „tantas opes amitti, . . non quaeri solere". — 18, 6, 12 „rogari". — 26, 2, 3. 32, 3, 16. 43, 1, 8. — inf. act. et pass. 24, 6, 8 „sonus . . . multiplex audiri ampliorque . . . resonare solet".

consuesco 11, 9, 7 „ut consuescant oculis turbam hostium sustinere". — consuevi 5, 6, 9 „eae vires, quibus vincere consuerant". — 6, 9, 2 „aemulari". — 43, 4, 2. 44, 4, 4. — v. Lohr p. 11. (Stat.) — Tertull. p. 5. 14. 17.

adsuesco. inf. nonnisi partc. „adsuetus" sequitur, quod adiectivi nominis vices sustinet: 2, 4, 3 „spoliare finitimos adsueti". — 37, 2, 8 „fugere . . persequi . . congredi". — In lexx. Cic. et Caes. non inveni, sed v. Dr. II, p. 340. — K. II, 1, p. 504, d. — Golenski p. 44. — Kuehnast p. 247. — Schinkel p. 72. — Lohr p. 67. 72. — Czensny p. 23. — Thimm p. 89. — Kretschmann p. 135.

Post vb. **„adsoleo"** infinitivus expresse positus (non supplendus ut ap. Cic. et Liv.) atque alia etiam ex formula quam „ut assolet" pendens ad Iustini usum referendus videtur: 39, 1, 3 „ut adsolet fieri". — 43, 4, 8 „adulterare . . adsolita".

---

[1]) cfr. etiam 13, 1, 5 „quae . . . vitae non paenituerat". — 26, 1, 6. v. Rožek p. 11. — Contra 28, 3, 15 „Quorum si illos paeniteat."

Huc liceat unum illud nomen adiectivum adnectere, quod Iustinus scriptorum Graecorum et Romanorum poetarum exemplum secutus cum infinitivo nudo coniunxit.

contentus (v. C. G. Zumpt „Latein. Grammatik“, Berol. [12]1865, p. 389 sq., adn. 3.) — inf. praes. ap. Iust. tribus locis exstat et quibus vox „contentus“ cum particula „non“ coniuncta est: 1, 2, 8 „non contenta adquisitos viro regni terminos tueri“. — 7, 6, 13 „iam non contentus submovere bella“. — 21, 5, 4 „non c. in publico vagari“. — inf. perf. post vocem et affirmativam et negativam legitur: 21, 4, 5 „Contenti itaque cohibuisse“. 29, 4, 11 „bellum . . distulisse“. — 29, 1, 11 „non contentus sua defendisse“. — 39, 4, 2 „nec filium regno expulisse contenta“. — v. Fischer p. 51, 4. — Paucker p. 337. — Quem dicendi modum primus adhibuit Ovidius, e prosae orationis scriptoribus primus Velleius Paterculus, v. Dr. II, p. 379. — K. II, 1, p. 506. — Golenski p. 46. — Merguet p. 36. — Georges p. 62. — Blaum p. 8. — Opitz p. 28, qui hanc constructionem ap. Senecam undevicies inveniri dicit. — Bonnell, lex. Quint. s. h. v., unde Quintilianum quoque persaepe eo dicendi modo usum esse patet. — Schinkel p. 48. — Lohr p. 68. 72. — Czensny, quod viderim, vacat. — Thimm p. 89. — Ebert p. 33. — Kretschmann p. 136. — Tertull. p. 55. 344. 374 infra (inf. pr.). — p. 327 (inf. pf.).

B. Accusativus (vel dativus) et infinitivus.

Nonnullis de verbis praeter infinitivum etiam accusativus personae, de paucis dativus suspensus est (v. K. II, 1, p. 499, 4). Ex iis, quae omnibus temporibus usurpata sunt, ap. Iust. haec exstant:

iubeo. Quo verbo Iustinus plus CXX locis utitur. Contemplamur autem hoc loco tantum activum infinitivum, v. K. II, 1, p. 528, 12; de inf. passivo v. cap. II C, de forma „iubeor“ v. cap. III s. h. v.

1. Sequitur accusativus personae et *a*) inf. vbi transitivi cum obiecto coniuncti: 1, 10, 18 „iubet illos ex amicis exemplum capere“. — 2, 11, 2 „eos pugnam capessere iubet“. — 7, 3, 6. 8, 2, 3. 11, 9, 16 al. — obiectum supplendum est: 3, 1, 8 „iubet Artabanum secum commutare“ (sc. loricam). — 39, 2, 8 „bibere

ipsam iubet" (sc. venenum). — Huc infinitivus quoque verbi reflexivi passivus, cum idem velit ac forma eius verbi activa cum voce „se" coniuncta, iure afferendus est: 1, 2, 3 „populum vestiri iubet" (cfr. 31, 8, 6 „armare se"). — *b*) inf. vbi intransitivi: 3, 1, 7 „paratum esse exercitum iubet". — 3, 3, 8. 5, 9, 12. 5, 10, 4. 6, 6, 1. 11, 9, 7 al. — 3, 3, 4 „Convivari omnes . . . iussit". — *c*) paucis locis uterque infinitivus exstat: 1, 6, 4 „iubet omnes praesto cum securibus esse et silvam . . . excidere". — 31, 8, 6. 42, 2, 10. —

2. Sequitur omisso personae accusativo (cfr. Dr. II, p. 325), *a*) inf. vbi transitivi 1, 9, 17 „pertractare caput . . . iubet" (sc. filiam) — 2, 13, 7 „occupare transitum . . . iubet" (sc. Xerxem). 34, 3, 2. 43, 4, 8. — Ieepii editionem secuti hoc quoque exemplum invenimus: 26, 1, 9 „arcessitis servis iubet obserari fores tyrannoque nuntiare . . ." — (Ruehlius legit „nuntiari", v. eius praefationem p. XL.) — *b*) inf. vbi intransitivi 11, 13, 9 et 28, 2, 3 „meminisse" (sc. eos) — 43, 5, 6 „illam (esse) quae recedere . . . iussisset" (sc. se). — *c*) inf. et intrans. et transit. vbi 11, 12, 4 „iussitque supplicem venire, regni arbitria victori permittere" (sc. Dareum). —

veto uno exstat loco 8, 4, 11 „utrosque vetat parare bellum aut metuere".

sino 14, 3, 10 „quod . . . ne victos quidem . . . quiescere sinat". — v. Dr. II, p. 415. — Kuehnast p. 254. — Lohr p. 26. — Czensny p. 20.

patior 1, 8, 6 „barbaros vino se onerare patitur". — 1, 10, 19 „patianturque se . . . bellum . . . gerere". — 9, 2, 12. 42, 4, 8. — omisso accusativo: 12, 10, 5 „quatenus . . . terrarum solitudines prodire passae sunt" (sc. Alexandrum). — 28, 1, 6 „paterenturque liberos esse qui . . . miserint". — v. Dr. II, p. 415. — Kuehnast p. 253. — Lohr p. 26. 29. — Post vb. „patior" negativum enuntiatio secundaria e particula „ut" pendens sequitur 2, 3, 16 „se . . . quaesituras nec passuras, ut genus . . . intercidat." — v. Dr. II, p. 253. — K. II, 2 p. 806, h.

hortor 12, 5, 6 „Hortatur milites suis scribere". — v. Dr. II, p. 322 sq. — Lexx. Caes. vacant; ap. Cic. semel infinitivus sine accusativo legitur (p. Sest. 7), v. lex. — v. K. II, 1, p. 502, b. — Rožeck p. 20. — Paucker p. 336. — Golenski

p. 32. — Merguet p. 32. — Blaum p. 23. — Opitz p. 28. — Schinkel p. 75. — Lohr p. 25 (Stat.). — Czensny p. 20. — Kretschmann p. 136. — G. Mueller, p. 18, hanc constructionem apud optimos scriptores raro inveniri dicit et ita tantum, ut subiectum non hominem significet. — Reliquis autem locis Iustinus pro infinitivo enuntiatum secundarium e particula „ut“ pendens adhibet (aeque ac Livius, v. Kuehnast p. 252) aut omissa particula nudam enuntiationem adhortativam.[1])

cogo. 2, 15, 20 „Xerxem . . . recipere se in regnum coegit“. — 8, 1, 3. 9, 4, 7. 9, 7, 12. 18, 1, 6. 24, 6, 9. 29, 4, 11. — Accusativus personae e praecedentibus verbis supplendus est 39, 4, 1 „exsulare cogit“ (sc. eum). — inf. vbi depon. 23, 2, 3 „reverti cum . . . coegit“. — 37, 2, 4 „equitare iaculari que“. — 44, 4, 11. — v. G. Mueller p. 18. — K. II, 2 p. 810, 5. — Merguet p. 32. — Kuehnast p. 251. — Georges p. 63. — Schinkel p. 75. — Lohr p. 26. 29. — Czensny p. 21. — Tertull. p. 228. 546.

prohibeo 31, 8, 7 „qui fugere eos prohibuerant“. — v. G. Mueller p. 19. — Golenski p. 38. — Merguet p. 33. — Kuehnast p. 249. 254. — Opitz p. 28. — Bonnell, lex. Quint. s. h. v: γ. — Schinkel p. 76. — Lohr p. 28 (Stat.). — Czensny p. 21. 57. — Thimm p. 86. 88. — Ebert p. 32. — Tertull. p. 521 infra.

Inde a Ciceronis temporibus inveniuntur

doceo cfr. lex. Cic. — 41, 2, 5 „Hos . . . et equitare et sagittare . . . docent“. — Constructio passiva (accusativi cum inf. coniuncti) et activa (accusativi et infinitivi) omisso personae accusativo legitur 44, 4, 11 „ . . boves primus aratro domari frumentaque sulco quaerere docuit“ (sc. barbarum populum). — v. Rožek p. 20. — Kuehnast p. 252.

criminor 31, 1, 7 „quem aemuli eius . . cum Antiocho inisse societatem apud Romanos criminabantur“. — Semel quoque ap. Cic. legitur (p. Cael. 51.), v. lex. —

Inde a Vergilio poeta et Livio prosae orationis scriptore invenitur (v. Dr. II, 327).

---

[1]) Particula „ut“ his legitur locis: 2, 13. 2. 6, 1, 7. 9, 4, 4. Mera autem enuntiatio adhortativa: 2, 15, 5. 11, 13, 11. 18, 5, 12. — Alia quoque verba, quibus vis adhortativa aut inest aut attribuitur ap. Iust. nudus coniunctivus sequitur velut: oro, rogo, precor, deprecor, moneo, denuntio, scribo, respondeo. — cfr. Fischer p. 50, 1. — Lohr p. 30 sq. — Georges p. 61. — Dr. II, p. 282. — K. II, 2, p. 808 sq.

impello 2, 12, 21 „impellit regem signum pugnae dare". — 3, 1, 3. 5, 1, 4. 29, 4, 5. — v. Paucker p. 336. — Golenski p. 33. — Merguet p. 32. — Kuehnast p. 252. — Lohr p. 25 (Stat.). — Czensny p. 20. 51.

Inde ab Ovidio poeta et Curtio legitur (Dr. ibidem)

compello 1, 6, 15 „quos fugiebant fugere compellunt". — 16, 5, 2 „uxores . . . nubere servis suis . . . compellit". — 17, 1, 8. 18, 4, 12. 24, 5, 14. — Accusativus personae ex hoc verbo aptus omissus est 14, 3, 1 „compellit in aciem descendere" (sc. Argyraspidas.). — v. K. II, 1, p. 503. — Paucker p. 336, a². — Golenski p. 34. — Schinkel p. 69. — Lohr p. 25 (Stat.). — Czensny p. 51. — Thimm p. 88. — Kretschmann p. 137. — Tertull. p. 119. 281. 307. 546.

Posterioribus temporibus usus exstat verbi

permitto[1]) 14, 4, 8 „permittite, quod vos facturos . . iurastis, imperatorem pro vobis facere". — 31, 7, 7 „nec senatum de eo agere permisit". — Supplendus acc. personae 1, 8, 2 „cum prohibere eos transitu . . posset, transire permisit". — v. Dr. II, p. 251. 414. et K. E. Georges „Ausführl. latein.-deutsch. Wörterbuch", Lps. ⁶1869, s. h. v. — v. Paucker, p. 336 a².

Infinitivus et dativus personae his paucis locis legitur:

permitto 1, 4, 12 „permitteret sibi . . puerum nutrire". — 12, 4, 2 „militibus permisit . . . ducere uxores". — cfr. Dr. II, p. 330. et lex. Cic. — K. II, 2, p. 809, 3. — Golenski p. 37. — Merguet p. 30. — Opitz p. 28. — Lohr p. 27. 29. — Czensny p. 20. 53. Bonnell, lex Quint. s. h. v: δ, a et b. — Ebert p. 32. — Tertull. p. 84. 325 infra.

monstro 2, 6, 5 „Arare quoque ac serere frumenta glandem vescentibus monstrarunt". — Inv. ap. Horatium, Ovidium, Plinium maiorem, v. Dr. II, p. 348. — Golenski p. 36. — v. etiam Lohr p. 32 sq. (Stat.).

C. Accusativus cum infinitivo coniunctus.

Obiecti grammatici vices acc. c. inf. coni. post verba sentiendi, dicendi, volendi sustinet.

---

[1]) vb. „permitto" utrumque admittit et accusativum personae et dativum: permitto te facere alqd, „ich lasse dich etw. thun", i. e. „ich hindere dich nicht"; permitto tibi facere alqd, „ich überlasse dir etw. zu thun", „ich gebe dir die Erlaubnis etw. zu thun".

I. Verba sentiendi.

a) verba, quae perceptionem quandam sensibus effectam significant. Omnibus temporibus inveniuntur

audio inf. praes. act. 42, 4, 6 „cuius filium in partibus Caesaris esse audierat“. — inf. pf. act. supplendus est 6, 8, 13 „Ut audivit Thebanos (sc. vicisse) . . . dixit . . .“ — Reliquis locis inf. pf. pass. (omissa forma „esse“) exstat: 6, 8, 12 „Quod ut servatum audivit“ (sc. scutum). — 11, 4, 1. 11, 7, 4. 12, 10, 2. 29, 2, 7. 30, 4, 11. 42, 4, 11. 43, 5, 8. — Pronomen quoque subiectivum omissum est 1, 6, 3 „Huius requisita origine ut in Persis genitum audivit“. — 12, 10, 2 „oppidani invictum ferro audientes“.

video inf. praes. act. 3, 1, 5 „cum unum . . . superesse videret“ — 12, 15, 8 „deficere eum“. — 14, 6. 9. 34, 3, 3 „cunctari“. — inf. praes. act. et pass. 4, 1, 10 „ut alias (sc. undas) veluti terga dantes in imum desidere, alias quasi victrices in sublime ferri videas“. — inf. praes. pass. 6, 6, 9 „caedi suos“. 11, 14, 3. 12, 9, 9. 22, 2, 5. 23, 2, 2. 38, 9, 1. 38, 10, 8. 44, 4, 16. — inf. fut. 1, 9, 4 „fratrem suum . . regnaturum“. — inf. pf. pass. 3, 5, 12 „animatum . . . exercitum“. — 13, 5, 15 „auxilia sua . . . victa“. — Verbum copulativum his quoque locis omissum est: 20, 1, 8 „Venetos quos incolas superi maris videmus“. — 25, 2, 4. 38, 8, 7. — Subiectum autem deest 1, 6, 6 „cum alacriores . . . factos videret“. — 5, 2, 3. — Pro hac constructione acc. c. partc. coni. legitur e. g. 12, 1, 10 „cum suos terga dantes videret“. — 25, 2, 4.

Inde a Ciceronis aetate inveniuntur (v. Dr. II, p. 381 et lexx.)

cerno 9, 6, 8 „cum . . . honoratum insuper ducatu adversarium cerneret“.

conspicio 11, 14, 5 „et ubi confertissimos hostes acerrime pugnare conspexisset“. — Pro inf. praes. Iustinus inf. pf. utitur 28, 4, 9 „cum quattuor milia sola ex pugna superfuisse conspexisset, hortatur . . .“ — Qua de dicendi ratione iam supra verba fecimus. — v. Kellner p. 235. — Tertull. p. 224 infra. 355 inf.

b) Verba, quae perceptionem cogitatione effectam significant. Omnibus temporibus leguntur haec (v. Dr. II, p. 382):

sentio inf. praes. act. 8, 1, 2 „omnibus perire, quod singulae amitterent, non nisi oppressae senserunt“. — 11, 2, 10. 22, 5, 9.

— inf. pf. pass. 2, 8, 2 „ne intellectos se sentiant". — Sequitur enuntiatum interrogativum obliquum 22, 3, 5 „quantum mali . . adtulerint".

video inf. praes. act. 3, 3, 10 „Haec quoniam . . dura videbat esse". — 12, 14, 2. — Copula omissa est 2, 14, 3 „Postquam nullo pretio libertatem his venalem videt". — 22, 4, 1. 32, 4, 4. 42, 5, 2. — inf. fut. 14, 2, 3 „se fortunam obsidionis subiturum". — inf. praes. pass. 2, 9, 9 „quos . . teneri". — 2, 15, 4 „spei urbis invideri". — 15, 2. 15 „carpi se." — inf. pf. pass. 2, 4, 4 „exilio additam orbitatem". — 2, 15, 17. 12, 14, 1. 2. 3. 21, 4, 6. 22, 4, 1. 22, 8, 8. 28, 2, 13. 39, 2, 4. — inf. gerd. 6, 1, 2 „sibi adversus duos . . dimicandum".

intellego inf. praes. act. 31, 7, 2 „se . . habere". — inf. pf. act. 12, 2, 14 „fuisse sibi periculosam mortem". — 12, 7, 8 „se . . consuluisse". — inf. pf. pass. 31, 5, 2 „se vocatum".

cognosco inf. praes. act. 14, 5, 1 „Polyperconta . . redire". — 27, 2, 9. — inf. pf. act. 39, 1, 4 „Cleopatram . . profugisse". — inf. praes. pass. 38, 1, 7 „Quod ubi Ariarathes . . moliri[1]) cognovit". — 38, 8, 3 „subornari . . . filium". — inf. pf. pass. 5, 1, 3 „ubi non damnatum se tantum, verum etiam diris . . devotum cognovit". — 11, 15, 3. 12, 7, 12. 13, 5, 10. 14, 1. 1. 43, 5, 9. — Persaepe ap. I. vb. „cognosco" non haec constructio, sed particula „quod" sequitur[2]), quae omnibus locis post formam „cognito" exstat: 1, 7, 9 „cognito quod inlatum Croeso bellum esset". — 2, 5, 13. 16, 5, 1. 27, 3, 8. 32, 3, 14. — cfr. Fischer p. 51, 5.

comperio 2, 4, 26 „ubi comperit bellum . . inlatum et raptorem esse Atheniensium principem". — 5, 8, 13 „Quem . . profectum".

scio inf. praes. act. 2, 11, 9 „ire se." — 2, 11, 16. 5, 8, 2. 22, 8, 14 „susperstites eos esse . . " — 32, 1, 9 „quem secundum a se esse . . " — Copula et subiectum supplenda sunt 5, 2, 3 „sciebant enim domi clarum" (sc. eum esse). — inf. fut. 29, 3, 5 „eos . . non contentos . . fore". — 22, 8, 6 „Carthaginem . . expleturam". — inf. pf. pass. 29, 1, 7 „quo (sc. odio) imbutum eum . . sciebant". — inf. gerd. 22, 6, 4 „aut vincendum aut

[1]) De verbo „molior" passive usurpato v. K. I, p. 607.

[2]) De hoc dicendi modo v. Dr. II, p. 299 sqq. — K. II, 2, p. 838 sq.

ap. I. haec

a) verba. qu

significant. Omn … edaemone pro-

audio inf. … locis huic verbo

Caesaris esse a … quod sequentibus

„Ut audivit T … xplicatur: 12, 2, 8

locis inf. pf. … perpetuo possessu-

ut servatu … ipiunt, Cyrenen . . .

29, 2, 7. 30

tivum om … Terentium legitur

genitum

vid … eos . . . pertinere.“ —

videret … “. — inf. praes. pass.

tari“. … 8, 5, 1 „captos se . . .

veluti

subli … nitur (Dr. ibid.)

11, … quos . . . venire“. — 5, 9, 2.

inf. … auxilia . . . missa“. —

3, 5

vict

20.

38. … se . . pugnare“. —

fa … non hostium esse“. —

co … “. — inf. gerd. 2, 11, 11

25 … “. — v. Dr. II, p. 383 sqq.

„subesse dolum“. —

Esse“ cop. et subiectum

sa … stium, sed dolum arbi-

lex. pass. 4, 1, 18 „disce-

p … pf. act. 3, 4, 15 „eum fata

28 … 7 „protecturam se“. —

sp … “. — 21, 1, 2 „firmius

v … pass. 14, 1, 13 „se . . . cor-

35 … nem suam mutatam“. —

Septies haec constructio

2, 10. 3, 4, 15. 5, 5, 5.

an … “.

credo. Quo verbo religio quaedam aut superstitio his locis significatur: 1, 10, 5 „solem Persae unum deum esse credunt". — 22, 6, 2 „adversum profecturos prodigium esse". — 13, 1, 2 „ut invictum regem ita immortalem esse". — inf. praes. pass. 4, 1, 16 „intercipi absumique navigia". — inf. pf. pass. 7, 2, 4 „creduntque hac superstitione exstinctam in Alexandro stirpem". — Vb. „credo" idem fere valet ac „persuasum habeo": 37, 4, 5 „cum se iam parem magnitudini Romanorum crederet". — inf. pf. act. 37, 3, 7 „perisse eum". — inf. fut. 22, 5, 2 „se ... ituros". — „vix credo" 11, 2, 10 „ut quem venire non senserant, videre se vix crederent". — cfr. supra s. „creditum est".

duco 2, 9, 10 „ut plus praesidii in celeritate quam in sociis duceret". — 11, 10, 13 „turpe ducentes, si . ." — 16, 2, 9 „pulchrius regis esse patrem duxerat". — 12, 4, 10.

existimo inf. praes. act. 24, 1, 7 „eos ... quaerere". — 25, 1, 7. — Saepius copula omissa est: 3, 7, 4 „supervacuam pugnam existimantes". — 14, 2, 7. 16, 4, 6. 21, 5, 3. 27, 3, 9. 39, 1, 6. 43, 1, 1 „ingrati civis officium existimans, si . . taceat". — Subiectum quoque omissum est 29, 2, 7 „minus negotii existimantem" (id, sc. bellum inferre). — inf. praes. vbi pass. reflex. 14, 1, 7 „ibi maiestatem regiam verti, unde soror Alexandri staret". — inf. pf. act. 29, 3, 2 „omnia illa levia fuisse". — inf. fut. 18, 4, 11 „aurum . . . venturum". — 3, 2, 10 „laborem faciliorem fore". — 14, 5, 7. 12, 4, 3 „minorem . . cupiditatem futuram". — inf. pf. pass. 10, 1, 3 „nihil sibi ablatum". — 16, 3, 12. 22, 8, 1. 23, 2, 13. 31, 4, 9. 38, 1, 1. 38, 8, 13. — inf. gerd. 2, 15, 4 „abrupte agendum". — Quos inter XXIV locos undevicies forma participii „existimans" invenitur; ter vb. finitum exstat (14, 5, 7. 25, 1, 7. 27, 3, 9.), bis haec constructio ex altera accusativi c. inf. coni. constructione apta est: 14, 1, 7 et 29, 3, 7 „existimaturos" (eos esse).

puto inf. praes. act. 4, 1, 13 „latrare . . . undas". — 2, 1, 10 „caeli temperamentum nullum esse vetustatis argumentum". — 2, 9, 12 „ut hinc viros, inde pecudes putares". — 2, 10, 15. 4, 1, 18. 9, 2, 8. 11, 10, 9. 13, 1, 10. 17, 2, 2 „quod maius victoria putat". — 20, 3, 5. — inf. pf. act. 41, 2, 9 „vicisse te". — 42, 4, 9. — inf. fut. 13, 8, 6 „aggressuros se". — 22, 8, 14 „facturum ... Agathoclem". — inf. praes. pass. 21, 2, 2

„contemni se". — inf. pf. pass. 1, 2, 5 „invidiam superatam". — 9, 3, 3. 11, 6, 5. 11, 13, 9. 14, 3, 6. — inf. gerd. praef. 5 „reddendam operam". — 9, 3, 6.

reor. Omnibus locis participii „ratus" forma legitur. — inf. praes. act. 9, 1, 2 „In cuius emolumentum . . pertinere, si . . ." — 39, 3, 10 „non misericordiae haec verba, sed amoris esse". — Deest forma „esse": 1, 8, 2 „sibi faciliorem pugnam". — 4, 5, 8. 6, 4, 8. 9, 5, 3. 11, 8, 7. 11, 9, 3. 12, 2, 16. 16. 3, 11. 20, 1, 1. 35, 1, 1. — inf. fut. 1, 10, 7 „futurum quod evenit". — 3, 4, 6. 22, 4, 5. — inf. praes. pass. 41, 5, 10 „plus regis quam patris deberi nomini". — inf. pf. pass. 2, 12, 14 „navium praesidium demonstratum". — 11, 12, 8. — inf. gerd. 5, 9, 6 „audendum aliquid". — 7, 6, 4. 20, 2, 7. 24, 5, 12. 38, 10, 1. 41, 5, 10. — Subiectum omissum est: 2, 5, 2 „longa exspectatione virorum fessae nec iam teneri bello sed deletos ratae".

suspicor significans „vermuten" 2, 10, 15 (omissis et forma „esse" et subiecto) „quod neque scriptum aliquid viderent nec frustra missas suspicarentur" (sc litteras). — „argwöhnen": inf. praes. act. 12, 15, 2 „insidiisque perire regem suspicantes". — inf. pf. pass. 32, 3, 2 (omisso subiecto) „tunc et insidiis circumventum suspicari" (sc. se esse).

spero inf. fut. 32, 2, 1 „se . . . excusatius sacrilegia commissurum". — Subiectum deest 7, 6, 12 „dum regni incrementa . . adquisiturum sperat". — Quinquies pro infinitivo futuri inf. praes. e vbo auxiliari „posse" pendens legitur. (v. Dr. II, p. 388. — K. II, 1, p. 509, adn. 1. — Kuehnast p. 246 sq.) His quinque locis enuntiatum secundarium e partc. „sperans" aptum est. Atque activi quidem vbi infinitivus praes. vb. „posse" sequitur 3, 7, 8 „adquirere se illi posse . . . infamiam". — 16, 2, 2 „Demetrium amittere Macedoniam posse". — Passivi vbi inf. legitur 26, 2, 2 „deorum minas expiari . . posse". — 31, 6, 8 „cladem . . nova posse victoria aboleri". — Quinto autem loco et inf. fut. et inf. praes. pass. e vbo „posse" aptus exstant: 38, 1, 6 „causas belli futuras aut . . . filium tolli posse". — Semel post vb. „spero" particulam „ut" legimus, qua rara constructione notionem optandi, quae in vbo sperandi inest, accuratius exprimi facile intellegitur: 5, 3, 3 „sperans, ut

aut . . . dux belli . . legeretur aut . . in auxilium vocaretur". — cfr. Fischer p. 51, 6. — v. Dr. II, p. 256 sq. — K. II, 2 p. 807, i.

Apud Lucretium invenitur (cfr. Georges, lexicon, s. h. v.).

praesagio 33, 1, 7 „id portentum Persae omnibus praesagientibus".

Inde a Ciceronis temporibus haec verba cogitandi leguntur:

iudico inf. praes. act. 31, 8, 9 „muneris Romani aptiorem Asiam quam possessiones voluptarias iudicantes". — inf. fut. et praes. act. 5, 7, 8 „iam ipsam patriam perituram miserioremque incolumium quam amissorum fortunam iudicantes". — inf. pf. pass. 13, 1, 11 „ut qui eos ignoraret, non ex una gente, sed ex toto terrarum orbe electos iudicaret". — v. Dr. II, p. 387 et lexx. Cic. et Caes.

reputo. Duo sunt exempla, quorum utrumque formam participii praes. praebet: inf. pf. act. 12, 5, 11 „reputans non tam hostem suum fuisse Dareum quam . . ." — inf. pf. pass. 11, 1, 5 „reputantes nunc provacatam Asiam . . ." — Saepius sententia interrogativa obliqua sequitur, e. g. 11, 9, 2 „reputabat, quantas res . . . gessisset". — 12, 6, 12 al.

statuo 6, 2, 6 „melius esse". — v. Georges, lexicon s. h. v.

non dubito. Iustinus semel hanc constructionem praebet (cfr. „non dubium est", p. 17): 42, 4, 6 „quem ultorem patris . . futurum non dubitabant". — v. Dr. II, p. 389 sqq. — K. II, 2 p. 832, adn. 3. — Kuehnast p. 249. — Opitz p. 28. — Bonnell s. h. v. — Czensny p. 40. — Thimm p. 85. — Ebert p. 34. — Tertull. p. 80. 418. — Usitatiorem particulam „quin" post hoc verbum ap. I. non invenimus nisi in oratione illa Mithridatis, de qua supra diximus (p. 9, adn. 4) 38, 4, 2 „quin vero sit resistendum . . ., ne eos quidem dubitare, qui . . ."

obliviscor 16, 5, 8 „obliviscitur se hominem". — v. Dr. II, p. 386.

Ad verba sentiendi proxime accedunt ea, quae affectum quendam animi significant. Quae cum plerumque ita construantur, ut enuntiatum secundarium e coniunctione „quod" aptum regant, tamen apud omnes scriptores loci inveniuntur, quibus haec accusativi cum inf. coni. constructio exstat. — v. Dr. II, p. 391 sqq. — K. II, 2, p. 840, adn. 2. — Ex iis

autem, quae apud Iust. leguntur, omnibus temporibus in usu erant haec:

gaudeo 11, 1, 3 „remissam sibi expeditionem". — 13, 1, 7 „ut hostem amissum gaudebant". — v. Schinkel p. 71. — Lohr p. 44. 46. — Czensny p. 44. p. 56, adn. 50, 1. — Ebert p. 34. — Tertull. p. 239.

laetor 16, 4, 18 „Laetari plebs, quod a duce potissimum senatorum senatus deleretur, versaque vice auxilium eorum in exitium conversum esse". — Ruehlius autem „deletur" et „est" legit; v. eius prf. p. XXXIII. — Ad hanc vocem v. Schinkel p. 72. — Czensny p. 44. p. 56, adn. 50, 2.

gestio 2, 9, 4 „quem amplius mori gestiat . . ." — Ap. Cic. et Caes. non inv., v. Dr. II, 391 sq.

doleo. Omnibus locis inf. pf. pass. sequitur: 11, 1, 4 „facem . . . subditam". — 12, 8, 6. 13, 3, 10. 17, 1, 6. 39, 2, 7. 42, 1, 2 „dolentes tantum itineris frustra emensum". — v. Lohr p. 44. 46. — Tertull. p. 21. 546.

graviter fero 38, 1, 7 „gr. ferens interfectorem . . revocari". — v. K. E. Georges lex. — Sequitur „quod" coniunctio 19, 3, 8. — v. H. Georges p. 65.

miror. Duobus locis acc. c. inf. coni. isque e sententia „quis igitur miretur" pendens invenitur: 5, 1, 9 „tam florentes . . . opes ruisse". — 13, 1, 14 „orbem terrarum victum". — v. Georges p. 65. — Schinkel p. 73. — Lohr p. 45. 47. — Czensny p. 44. — Tertull. p. 123. 128. — Particulam „quod" inveni 37, 4, 5.

Inde a Ciceronis aetate leguntur:

lugeo inf. praes. pass. 23, 2, 10 „ille in spem regni susceptos relinqui in egestate lugebat". — inf. pf. pass. 12, 6, 6 „amicumque senem et innoxum a se occisum".

indignor inf. praes. act. 16, 5, 12 „Haec illum facere". — inf. pf. act. 32, 2, 7 „plus momenti apud senatum personam filii . . . habuisse". — inf. praes. pass. 12, 5, 2 „carpi se sermonibus". — inf. pf. pass. 1, 3, 3 „tali feminae tantum virorum subiectum tractantesque ferrum et arma habentes parere". — 1, 5, 2. 5, 10, 8. 13, 3, 1. 20, 2, 10. 24, 6, 1 „praedam . . relictam esse". — Bis tantum vb. finitum positum est (5, 10, 8. 12, 5, 2), ter participium „indignatus" (1, 3, 3. 13, 3, 1. 24, 6, 1), reliquis

locis partc. „indignans“ legitur. — Particulam „quod“ adhibitam videmus 15, 1, 9 „indignatum quod . . . praemia corripuisset“.

queror 6, 2, 14 „bella inopia dilabi et qui exercitum parem hostibus habeat, pecunia vinci . . . inferioremque eum inveniri.“ — inf. pf. pass. 16, 2, 4 „regnum . . . ademptum sibi querentem.“ — v. Lohr p. 44. 46. — Czensny p. 45. 56, adn. 50, 2.

Inde a Vergilio legitur

stupeo 11, 13, 5 „victa suorum tot milia“. — v. Dr. II, p. 394, 3.

Huc commode adnectuntur quattuor illi loci, quibus exclamationem quandam mera accusativi c. inf. coni. structura expressam invenimus: 2, 9, 19 „Tantam in eo virtutem fuisse, ut . . .“ — 2, 14, 9 „Tantam famae velocitatem fuisse, ut . . .“ — 8, 2, 12 „Tantum facinus admisisse ingenia omni doctrina exculta . . ., ut . .“ — 14, 5, 7 „Tantum eos degeneravisse a maioribus, ut . . .“[1]) — v. Dr. I, p. 332 sq., qui illis locis ellipsin q. v. exhiberi negat; cfr. K. II, 1, p. 532 supra, 533. — Seck p. 23. — Qui dicendi usus apud omnium temporum scriptores invenitur.

II. Verba dicendi.

Omnibus temporibus haec verba leguntur (v. Dr. II, p. 395):

dico inf. praes. act. 6, 8, 13 „bene habere se rem“. — 11, 6, 6. 11, 9, 15 al . . . . 43, 5, 5 „quae se deam dicebat“. — Subiectum supplendum est 16, 5, 8 „obliviscitur se hominem, interdum Iovis filium dicit“. — inf. pf. pass. et praes. act. 30, 7, 5 „privata beneficia a rebus publicis secreta dixit aliaque esse patris officia . . .“ — inf. pf. act. 11, 1, 10 „ut corpus hominis, non virtutem regis mutasse se dicerent“. — 13, 2, 9. 30, 2, 8. 31, 4, 6. 31, 8, 3. 43, 5, 11. 12. — inf. fut. 10, 2, 3 „qui . . facturum se dixerat“. — 11, 10, 11. 14, 3, 7. 18, 6, 7. 24, 4, 11. 31, 7, 7. 42, 5, 8. — omisso subiecto 31, 8, 6 „morituros dicens“. — inf. pf. pass. 11, 2, 8 „se . . . vulneratum“. — 19, 3, 5. 24, 4, 9. 32, 1, 9. — „esse“ vb. exstat 2, 4, 26 „Asiam edomitam esse“. — 25, 4, 10. 39, 2, 5. — inf. gerd. 18, 6, 4 „quae praecipiat aliis,

---

[1]) Hoc exemplum Rožek p. 20 affert, quo vitiosam Iustini locutionem illustret; vult enim pro „eos degeneravisse“ legi „degeneraverunt“. Dubito utrum ille vir hunc infinitivi usum ignoret an nescio qua causa commotus eum eicere studeat.

ipsi facienda esse". — 28, 2, 2 „portas . . aperiendas". — Saepius acc. c. inf. coni. e participii „dicens" forma pendet: 12, 5, 4. 18, 6, 4. 24, 4, 9. 28, 2, 2. 31, 4, 6. 31, 8, 3. 6. 32, 1, 9. — cfr. p. 19 s. v. „dicitur".

aio. Singularis tantum numeri forma „ait" invenitur. — inf. praes. act. 1, 9, 16 „nec se ipsam scire ait nec ex alia posse cognoscere". — 1, 10, 6. 2, 9, 4. 11, 14, 4. 12, 15, 1. 29, 3, 1. 31, 5, 3. — 6, 1, 6 „indignum ait". — inf. fut. 12, 12, 3 „custodiam . . se . . crediturum." — 16, 4, 12 „adfuturum se . . . ait, intercessurum etiam . ." — Subiectum e verbis, quae praecedunt, supplendum est: 1, 6, 6 „ut adclamavere omnes, ait hesterno similem labori omnem vitam acturos". — inf. pf. pass. 11, 13, 3 „se liberatum". — 12, 3, 3. 18, 4, 14.

nego inf. praes. act. 31, 1, 8 „negantes eum aequo animo sub legibus vivere". — cfr. Vell. 2, 1, 5, quem locum Draeger II, p. 395 affert. — Hoc Iustini loco vb. auxil. „posse", quod reliquis tribus locis legitur, supplendum videtur. — 1, 3, 3 „se ei parere posse". — 38, 2, 8 „vivere gentem sine rege posse". — et inf. pass. 31, 3, 7 „opprimi Romanos posse". — inf. fut. 5, 8, 4 „se . . eruturos". — 9, 2, 12. 9, 3, 1. 15, 1, 2. 24, 5, 3 „aliter se pacem daturum negando". (Quibus V locis subiectum est pronomen „se".) — inf. gerd : 13, 2, 6 „differenda . . consilia".

respondeo inf. praes. act. 9, 2, 7 „nullas sibi opes esse". — 11, 7, 10 „regem discordiis opus esse". — 11, 12, 11 „gratiarum actionem . . . supervacaneam esse". — 31, 7, 9. „ea . . . non pacis blandimenta esse". — Memorandum censeo, copulam omnibus his locis positam esse. — 22, 8, 14 „satis habere se". — 40, 2, 1 podigium mutationem . . . portendere". — inf. pf. act. 1, 5, 3 „fecisse se". — 37, 4, 5 — inf. fut. 2, 15, 4 „ituros Lacedaemonem qui . ." — 18, 6, 5. 18, 7, 7. 34, 3, 4. 37, 4, 7. 40, 2, 3. — inf. praes. pass. 1, 4, 3 „amissionem portendi". — 11, 7, 7. — inf. pf. pass. 31, 7, 9 „victum se esse". — 18, 2, 10. 31, 4, 2. — Si quid una cum responso mandatur, enuntiatum e particula „ut" pendens aut merus coniunctivus secuntur: 11, 11, 11 „ut Alexandrum pro deo . . . colerent." — (v. K. II, 2, p. 811, 5.) — 16, 3, 4 „coloniam . . . conderent".

praedicare idem fere est ac „contendere": 2, 1, 6 „Aegyptiis praedicantibus . . . Aegyptum ita temperatam semper fuisse,

ut . .“, — idem significat ac „palam dicere“: 2, 4, 13 „genitas se Marte praedicabant“. — 11, 11, 4 (omisso subiecto): „filium suum non esse“ (sc. Alexandrum).

clamo 24, 8, 4 „advenisse deum“.

exclamo 43, 5, 6 „illam esse quae . . .“ — v. Czensny p. 41.

memoro 20, 5, 1 „quem supra . . . exercitum . . traiecisse memoravimus“. — v. Tertull. p. 432.

nuntio inf. praes. act. 18, 6, 2 „regem aliquem poscere qui . .“ — 2, 12, 19 „eum . . . capere facillime posse“. — 23, 3, 5 „resisti Romanis non posse“. — inf. pf. act. 9, 2, 3 „neque auxilium eius se petisse neque adoptionem mandasse“. — inf. pf. vbi dep. 31, 2, 7 „quem . . . profectum“. — inf. fut. 23, 3, 5 „deditionemque futuram“. — 29, 4, 4. 31, 4, 1. — E participio „nuntians“ acc. c. inf. coni. pendet 18, 6, 2 et 23, 3, 5. — cfr. p. 19 s. „nuntiatur“.

renuntio 18, 2, 10 „turbatam . . pacem“.

fateor 9, 4, 9 „ut omnes se auctores faterentur“. — v. Georges p. 65. — Lohr p. 46. 46.

confiteor 11, 11, 3 „confessa . . fuerat, Alexandrum non ex eo se . . . concepisse“. — v. Tertull. p. 403 med.

ostendo significans „demonstrare“: inf. pf. act. 7, 2, 12 „ostenderuntque hostibus suis priore bello regem Macedonibus, non virtutem defuisse“. — 18, 7, 5. — 19, 3, 10 „non ideo se in eam diem vixisse“. — Semper personam, cui quid ostenditur, additam esse memoro. — Idem est ac „monstrare“: 30, 4, 8 „ostendendo hinc Carthaginem cum Sicilia, inde Italiam et Hispaniam . . domitas“. — Enuntiatum interrog. obl. sequitur 5, 5, 6 „ut ostenderet, quem ducem sprevissent“. — 22, 5, 3. — Ad hanc vocem v. Georges p. 65. — Tertull. p. 419. 476 supra et infra.

persuadeo 2, 12, 14 „persuadet omnibus, patriam municipes esse non moenia, civitatemque . . in civibus positam“. — v. Dr. II, p. 409. — K. II, 2 p. 810, 5. — Georges p. 65. — Opitz p. 28.

Inde a Ciceronis temporibus haec leguntur verba dicendi:

dictito 2, 13, 6 „satis multos hostes . . . remanere dictitans“. — v. lex. Cic. Merg. — lex. Caes. Meusel. et Merg. — v. Georges p. 65.

affirmo inf. praes. act. 11, 6, 8 „suis occulta consilia . . convenire". — 24, 6, 5. 24, 7, 10. 39, 2, 8 „solam defensionem . . . superesse". — v. Tertull. p. 405. supra et inf. — inf. pf. act. 14, 3, 5 „eos superiores fuisse". — 18, 2, 1 „aegre tulisse Carthaginienses". — 29, 2, 8. — v. Tertull. p. 429. — inf. fut. 14, 1, 5 „rescissurosque se ferro decreta". — 42, 5, 8 „iuris Romanorum futuram Parthiam". — Subiectum deest 22, 6, 2 „crediturum". — inf. pf. pass. 24, 7, 10 „statuasque . . . auro fusas esse". — inf. pf. pass. et fut. 20, 5, 5 „gentem suam inter hostes eius positam esse magnoque usui ei futuram". — inf. fut. et gerd: 43, 4, 3 „Massiliam exitio . . populis futuram opprimendamque in ipso ortu". — Particp. „affirmans" his VI locis exstat: 11, 6, 8. 18, 2, 1. 22, 6, 2. 39, 2, 8. 42, 5, 8. 43, 4, 3. — v. Dr. II, p. 395.

contendo 9, 4, 9 „meliusque cum re publica actum". — v. Georges p. 65. — Lohr p. 46. (Stat.) — Tertull. p. 84. 105.

assevero 38, 2, 5 „puerum . . ex eo Ariarathe genitum". — v. Czensny p. 42.

commemoro 14, 2, 9 (omisso subiecto:) „commemorans, solos esse, quorum virtute oriens sit domitus".

acclamo 24, 5, 4 (omisso subiecto:) „undique acclamantes brevi sensurum". — Tota fere sententia supplenda est: 1, 6, 6 „Praesentium (sc. epularum vitae sortem se legere) ut adclamavere omnes, ait . ."

certiorem facio 1, 9, 18 „Factus deinde . . certior, sine auribus regem esse". — v. lexx. Cic. et Caes.

refero inf. pf. pass. 25, 3, 3 „Quod ubi negatum legati retulerunt". — 30, 4, 6. 31, 8, 1.

trado inf. pf. act. 25, 4, 8 „Ptolemaeum adeo strenuum et manu fortem fuisse tradunt, ut . . ." — inf. supplendus est 2, 6, 7 „quem . . biformem tradidere".

prodo inf. praes. act. 44, 3, 1 „vento equas fetus concipere multi auctores prodidere." — inf. pf. act. 42, 3, 7 „Thalestrem concubitum Alexandri petisse multi auctores prodidere". — cfr. p. 19 sq.

ferunt (nam haec tantum forma exstat:) inf. pf. act. 20, 1, 16 „urbem condidisse Philocteten". — 25, 4, 10. 43, 1, 6. 44, 4, 16. — inf. pf. act. et pass. 4, 1, 1 „Siciliam f. angustis quondam faucibus Italiae adhaesisse direptamque velut a corpore".

profiteor 5, 2, 13 „quia vindices se . . . professi sint". — 29, 4, 1 „hostem se his professus". — 17, 2, 9 „professus deponere se offensam". — 29, 2, 6. 31, 5, 2. — inf. pf. act. (ad explicandum pronomen „hoc":) 22, 4, 3 „hoc solum professus, invenisse se . . viam". — Partc. „professus" non exstat 5, 2, 13. 29, 2, 6. 31, 5, 2. — v. lexx. Cic. et Caes.

doceo 44, 4, 11 „boves . . aratro domari". — cfr. p. 30. s. h. v.

testor idem fere est ac „confirmare": 12, 13, 3 „testatus hunc locum ei fatalem fore". — idem est ac „testem alqm vocare" 18, 7, 5 „non se expugnatum . . venire".

significo inf. fut. 18, 5, 16 „bellicosum . . populum futurum significans". — 23, 4, 11 (omisso subiecto:) „Quod ostentum et consilio cautum . . . regemque futurum significabat". — v. lexx. Cic. et Caes.

praedicere 3, 7. 9 „Quod . . futurum populo praedixerat". — v. lex. Cic. — Sequitur particula „ne" 12, 13, 3.

cano inf. praes. act. 3, 4, 14 „recuperare illos patriam . . posse". — inf. praes. pass. 23, 4, 8 „regnum . . portendi". — inf fut. 7, 6, 2 „florentissimum fore . . statum". — 11, 7, 4 „eum . . regnaturum". — 18, 5, 7. 30, 4, 4. — v. Czensny p. 42.

Inde a Livio legitur

proclamo 22, 8, 9 „bis se . . relictos esse proclamantes". — v. Dr. II, p. 396. — v. Lohr p. 46 (Stat.) — Czensny p. 41. — Sequitur enuntiatum interrog. obl. 24, 3, 8 „proclamante Arsinoe, quod tantum nefas . . . contraxisset".

vaticinor 33, 1, 7 „finemque Macedonici regni portendi omnibus vaticinantibus". — Invenitur ap. Ovidium quoque; v. Georges lex. s. h. v.

Inde a Seneca legitur (v. Dr. II, p. 396.)

indicare 2, 15, 9 „indicat permunitas Athenas esse et posse iam inlatum bellum . . sustinere".

Apud Senecam et Plinium min. invenitur

praemoneo 2, 12, 12 „victoriam . . non finem . . belli fore". — v. Georges lex. s. h. v.

Inde a Suetonio leguntur

reclamo 24, 2, 10 „reclamante . . filio fraudem subesse". — v. Georges lex. s. h. v.

praefor inf. praes. act. 14, 1, 4 „praefatus est . . habere

eum discedendi potestatem". — Reliquis locis participium „praefatus" exstat: 11, 5, 5 „sibi Asiam sufficere". — inf. pf. act. 28, 4, 13 „bellum se . . habuisse". — inf. fut. 7, 2, 3 „regnum . . mansurum". — inf. gerd. 11, 6, 1 „parcendum suis rebus p. nec perdenda ea quae . ." — v. Georges, lex. s. h. v.

Apud Iustinum solum videntur haec verba exstare:

subnecto 14, 1, 11 „confictas has a se epistulas . . . esse". — cfr. adnecto, Tac. ann. 4, 28. (Draeger, Ueber Syntax u. Stil d. Tac., p. 61.), Dr. II, p. 396.

Ad verbum „**adicio**" Iustinus simili ratione atque ad vb. „accipio" (v. supra p. 34; 13, 7, 7.) duo nomina substantiva adiungit, quae sequente accusativo c. inf. coni. accuratius explicantur: 15, 1, 9 „adiecto honore verborum, non se propter praedam, sed propter dignitatem inisse bellum".

divulgo 15, 1, 3 „se . . mortem . . ulcisci velle".

opinionem sero 8, 3, 8 „regem . . locare et muros . . et fana . . facienda".

mando „sagen lassen" 24, 2, 4 „non credenti mandat velle se cum filiis eius regni consortium iungere".

ominor 31, 2, 7 „exitiosamque sibi fugam eius ominati sunt" (sc. fore.).

Nonnullis verbis dicendi notio non mera inest, ex quibus, quae omnibus temporibus inveniuntur, ap. I. haec exstant:

gratulor 13, 5, 15 „et aemulum sublatum et vires eius accessisse sibi gratulabatur". — 35, 1, 2 „datumque sibi honestum belli titulum gratulatus". — v. Dr. II, p. 395.

glorior inf. praes. act. 24, 5, 2 „pacem Gallos petere". — 17, 2, 2 „non humanum esse opus, sed divinum munus gloriatur". — inf. pf. pass. 11, 9, 5 „nec inventos illis . . pares viros gloriatur". — v. Dr. II, p. 397.

obiecto 26, 1, 9 „obiectans singulis se . . ultorem futurum". — v. Georges, lex s. h. v.

simulo inf. praes. act. 3, 1, 8 „se . . habere". — 3, 3, 11. 38, 1, 6. — Copula deest 1, 2, 1 „simulat se pro uxore Nini filium, pro femina puerum". — 2, 8, 9 „invisum se senatui simulat". — 3, 6, 3 „supervacaneos simulantes a bello eosdem dimiserunt". — v. Dr. II, p. 397. — Lohr p. 45 (Stat.) — Czensny p. 42.

polliceor inf. fut. 7, 3, 4 „pollicitus se . . temperaturum iocos". — 11, 12, 14 „praestaturum se ea Dareo". — 14, 3, 11. 18, 1, 1. 29, 4, 9. — Insolentius Iustinus post hoc verbum particulam „ut" adhibuit 9, 2, 12 „non modo ut ponatur (sc. statua), verum etiam ut inviolata maneat pollicetur".

promitto inf. fut. 12, 11, 1 „se aes alienum . . soluturum". — 31, 3, 8. 38, 9, 3.

iuro 14, 4, 8 „quod vos facturos . . iurastis".

adiuro 24 2, 8 „se sincera fide sororis matrimonium petere nuncupaturumque se eam reginam".

Ante Ciceronem (ap. Plautum) et post eum (ap. Suetonium) legitur

excuso 5, 4, 11 (omissis subiecto et obiecto:) „iratum provocatumque fecisse" (sc. id eum). — v. Georges lex. s. h. v,

Inde a Ciceronis temporibus inveniuntur

prae me fero 20, 4, 12 „vera ornamenta . . pudicitiam, non vestes esse". — v. lex. Cic. Merg.

fremo 13, 5, 5 „libertatem bello vindicandam". — v. Dr. II, p. 393. — Czensny p. 42.

fingo inf. praes. act. 13, 6, 6 „se . . petere". — 18, 4, 10 „se ad eum migrare velle". — 3, 3, 10 „auctorem eorum Apollinem . . fingit". — inf. pf. act. 3, 3, 10 „se ea . . detulisse". — 21, 6, 5 „profugisse se". — 15, 3, 3 „Callisthenem . . conscium fuisse". — inf. pf. pass. 3, 1, 3 „regem . . occisum". — v. Dr. II, p. 397.

confingo inf. pf. pass. 32, 2, 9 „insidias sibi . . paratas". — 36, 4, 1 „sponsam . . necatam confingens". — v. lex. Georges s. h. v. — Czensny p. 42.

denuntio inf. praes. act. 25 3, 2 „denuntians, ni mittat, redire se in regnum necesse habere". — inf. fut. 2, 3, 16 „subolem se . : quaesituras nec passuras ut . ." — 18, 7, 3. 22, 3, 5 (duo exstant inff., quorum posterioris subiectum est supplendum:) „haec . . ad ipsos redundatura, ac propediem sensuros . ." — v. Dr. II, p. 395, et lexx. Cic. et Caes. — Subiectum hoc quoque loco supplendum est: 1, 6, 11 „denuntiat suis, ni vincerent, non minus fortes post terga inventuros quam a frontibus viros". — Particip. „denuntians" exstat 25, 3, 2 et 18, 7, 3.

spondeo 21, 2, 6 „spondens se depositurum tyrannidem“. — v. Dr. II, p. 398.

Non ante Quintilianum legitur

iocor 24, 6, 4 „scurriliter iocatus locupletes deos largiri hominibus oportere“. — v. lex. Georges s. h. v.

Ad usum Taciteum referendum est

accuso 39, 3, 6 „peregrinos exercitus in certamina . . adductos, . . repudiatam a fratre . . . nuptam accusat.“ (sc. sororem) — v. Dr. II, p. 400. — Czensny p. 45. — Draeger, Synt. Tac. p. 61.

Mera iurandi notio quasi augetur hoc verborum conexu:

se iure iurando (vel exsecrationibus) obstringere: 3, 4, 1 (omisso subiecto:) „ut . . . gravissima se exsecratione obstrinxerint, non prius . . reversuros“. — v. lex. Georges s. h. v. — Insolenter talem dicendi rationem particula „ut“ sequitur 11, 3, 10 „quod iure iurando se omnes obstrinxerint, ut Thebas diruerent“.[1]) — v. Dr. II, p. 248. — Passive hoc verbum usurpatum est 5, 10, 11 „omnes iure iurando obstringuntur, discordiarum oblivionem fore“.

Apud Iustinum solum puto exstare:

iacto 12, 12, 5 „iactantes hostes . . subiectos“.

allego 16, 1, 10 „priorem se petitum . . allegat, nec fecisse se, sed occupasse insidias“.

Vices verbi minandi, quod ipsum ap. I. acc. c. inf. coni. non adsciscit, explet vb.

scribo 5, 3, 7 „se cum exercitu venturum“. Quod verbum cum significat „per litteras mandare“, saepius merus coniunctivus sequitur: 2, 15, 8 „legatos vinciant“. — 2, 15, 15. 11, 8, 6. 14, 5, 2. 31, 1, 6.

iure iurando adigere alqm 8, 4, 11 (om. subi:) „iure iur. adactis responsum nemini predituros“. — Similiter 3, 3, 11 „iure iur. obligat civitatem, nihil eos . . mutaturos“.

III. Verba voluntatis.

Omnibus temporibus hanc constructionem admittunt

volo. Subiectum verbo volendi non est idem quod enun-

---

[1]) Solum Iustinum etiam verbum „vovere“ cum particula „ut“ construere (21, 3, 2 „voverant, si victores forent, ut . . virgines suas prostituerent“.) Draeger eodem loco affert. — v. Fischer p. 51, 6.

tiato secundario: inf. praes. act. 3, 3, 9 „Maximum honorem ... senum esse". — 11, 14, 5 „periculaque sua esse .." — 14, 2, 11 „ut . . se . . recipiant unumque ex corpore suo esse velint". — Accusativus c. inf. coni. suppleri potest 24, 2, 5 „quo praesente apud deos patrios quibus vellet obsecrationibus se obligaret". — inf. praes vbi dep. 14, 4, 5 „inter vos me velitis mori". — inf. fut. supplendus est 11, 15, 9 „gratiam illis eam futuram, quam ipse victor volet". — inf. praes. pass. 11, 11, 6 „quid sibi responderi vellet". — inf. pf. pass. (v. Zumpt p. 403 sq, adn. 1. — Dr. II, p. 404, 4 sqq. — K. II, 1 p. 528, adn. 3.) — 18, 6, 4 „si velit urbi consultum esse". — 11, 14, 4 „non ita se saluti suae velle consultum ait". — Subiectum utrique sententiae idem est:[1]) 32, 3, 8 „. . Sordiscosque se appellari voluit" (sc. manus quaedam.) — v. Tertull. p. 238. 239. — v. etiam K. II, 1, p. 528, adn. 4.

malo. Subiectum non idem est: inf. praes. act. 16, 1, 17 „Philippum Alexandrumque . . . ultores eorum . . regnum tenere malle". — inf. praes. pass. 44, 4, 4 „qui proculcari nepotem quam simplici morte interfici maluit". — 16, 1, 7 „ut malit cum fratre . . reverti quam paternum hostem . . admitti". — v. Kuehnast p. 253. — Czensny p. 43. — Subiectum idem est 1, 3, 3 „qui se feminam malit esse quam virum". — v. Dr. II, p. 402.

cupio 42, 2, 10 „quem cum perditum . . . cuperet". — cfr. Cic. in Pis. 27 „perditum cupit". — v. Dr. II, p. 405.

Inde a Ciceronis temporibus verbum „censere" invenitur significans non modo „glauben", sed etiam hic illic „seinen Willen aussprechen". — v. Dr. II, p. 406, 5.

censeo 13, 2, 5 „Perdicca censet Roxanes exspectari partum". — v. G. Mueller p. 8. — Kuehnast p. 247.

Apud Iustinum verbi volendi locum tenet vb.

statuo 3, 3, 7 „Nihil eos somni causa substernere et vitam sine pulmento degere neque prius in urbem redire quam viri facti essent, statuit". — v. Dr. II, p. 407, 5. — K. II, 1, p. 510, d.

---

[1]) Quod Draeger II, p. 401, 1 Madvigium dicere affert, infinitivum, cum vb. voluntatis, cui idem subiectum sit atque enuntiato suo secundario, hanc acci c. inf. coni. constructionem praebeat, plerumque esse aut passivi verbi aut copulam „esse", id etiam duobus, quae ap. I. exstant, exemplis (32, 3, 8. 1, 3, 3) illustratur.

Propius autem ad vbi sentiendi notionem verba „statuo“, „censeo“, „decerno“ accedunt, cum infinitivum gerundii adsciscant.

censeo 5, 8, 4 „delendum . . nomen“. — 6, 7, 6. 40, 1, 2. — Pro gerundio particula „ut“ posita est 4, 5, 3 „censere coepit ut abirent“. — v. Dr. II, p. 246. — Kuehnast p. 247. — Czensny p. 54. — K. II, 2 p. 811, 5. — Omnibus temporibus gerundium inv.

decerno 5, 6, 7 „fortunam . . experiendam“. — 5, 11, 6. 6, 2, 17. — Subiectum supplendum est 14, 6, 7 „occidendam“. — Particula „ut“ ex hoc verbo apta est 38, 3, 4 „decernitur in senatu, ut uterque in regnum restituantur“. — v. Dr. II, p. 246. — Inv. inde a. Cic.

statuo 6, 1, 2 „pacificandum“. — 31, 4, 10. 38, 1, 1.

Verba rogandi, postulandi, imperandi, quippe quibus vis volendi insit, saepius accusativi c. info plerumque passivo coniuncti constructio sequitur. — v. Dr. II, p. 408 sqq. — K. II, 1, p. 511, d. — Fischer p. 50, 1. — Paucker p. 337. 335. — Omnibus temporibus inv.

postulo 6, 2, 15 „dari sibi ministrum impensae“. — 7, 3, 2 „obsides . . dari . . sibi“. — 12, 2, 9 „restitui sibi . . urbem“. — 42, 5, 7 „filium remitti sibi“. — Dr. II, p. 411 hos locos enumerat. — v. K. II, 2, p. 810, 4. — Bonnell, lex. Quint. s. h. v. II, β. — Czensny p. 44. 50. — Tertull. p. 93. med. — Semel autem inf. act. exstat: 10, 2, 3 „Hanc patrem cedere sibi . . postulaverat“. — v. Rožek p. 20, med.

Inde a Cicerone (?, v. Dr. II, p. 412) legitur

posco 42, 1, 2 „ . . hostem dari sibi“. — v. K. II, 2 p. 810, 4 inf.

Apud Iustinum primum invenitur

rogo 1, 4, 9 „sibi perferri ostendique puerum“. — Particula „ut“ sequitur: 7, 3, 3 „ut adiciat“. — 11, 14, 11, — et merus coniunctivus 1, 4, 12 „permitteret“. — 7, 3, 4. 11, 4, 6. — v. Dr. II, p. 408.

E verbis imperandi omnibus temporibus hoc modo construitur

iubeo. Acc. c. inf. pass. coni. plus LXX locis exstat, quorum afferre liceat hos:

1. Subiectum idem est utrique sententiae 1, 10, 15 „se lacerari“. — 9, 4, 2. 11, 11, 8. 12, 7, 1. 12, 16, 9. 15, 2, 10.

41, 4, 5. — **2.** Plerisque reliquis locis subiectum non idem est: e. g. 1, 5, 8 „occidi eum". — 18, 7, 15 „eum suffigi". — 44, 4, 3 „eum exponi". — **3.** Subiectum his quattuor locis supplendum est: 9, 2, 3 „nuntiari Philippo iubet" (sc. haec; cfr. 11, 15, 7 „Perferri haec Alexandro iubet"). — 13, 3, 1. 44, 4, 4. 44, 4, 6 „in oceanum abici" (sc. eum).

Inde a Ciceronis temporibus legitur

impero 21, 2, 10 „locupletissimos quosque . . . occidi imperabat". — v. Dr. II, p. 409 sq. — K. II, 2, p. 810, 4. — Czensny p. 44. — Thimm p. 85 sq. — Ebert p. 34.

Posterioribus demum temporibus exstat

praecipio 3, 3, 6 „pueros . . in agrum deduci". — 11, 9, 15. 12, 10, 7. 13, 5, 7. 14, 4 21. — Draeger II, p. 411 hos quoque locos exscripsit. — v. K. II, 1 p. 529, a. — Bonnell, Lex. Quint. s. h. v. ε. — Thimm p. 86. — Kretschmann p. 137. — Tertull. p. 443.

Apud Iustinum vis verbi imperandi huic verbo inest:

rescribo 11, 12, 4 „sua sibi dari rescripsit". — Eandem imperandi notionem hoc verbum dicendi praebet:

mando 5, 2, 5 „cum principes velut aemulum gloriae suae interficiendum . . . mandassent" (sc. Alcibiadem). — cfr. p. 44. — v. Dr. II, p. 411. — Tertull. p. 118. 474.

curo verbum ap. Cic. hanc constructionem exhibet, ap. I. 2, 12, 2 „symbolos proponi et saxis proscribi curat". — 3, 4, 13 „ut ossa sua . . conterant et . . spargi . . curent". — 3, 5, 12 (de hoc loco v. p. 23 s. v. „curo" et adn. 1). — 9, 7, 11. 11, 2, 3. 38, 8, 13. — v. Dr. II, p. 262 sq. et lex. Cic. Merg.

Posterioribus temporibus ita construi videtur

laboro 28, 3, 10 „regem se constitui". — 36, 1, 7 „se tutorem . . substitui". — Cuius verbi Draeger sub acco. c. inf. coni. nisi fallor mentionem non facit (v. II, p. 261 sq.) — neque Kuehner id affert. — v. Opitz p. 28.

Eodem modo omnibus temporibus construitur verbum permittendi:

patior 4, 2, 5 „regni maiestatem administrari". — 12, 8, 6. 31, 7, 9. — v. Tertull. p. 271 sq. 423. — cfr. p. 29. — sed a Ciceronis demum temporibus

concedo 30, 3, 9 „adduci se posse". — v. Dr. II, p. 41
Huc liceat pauca illa adiectiva personalia adiungere, qua cum participii vices sustineant, verbi sentiendi (vel affectu more accusativi c. inf. coni. constructionem adsciscunt. — Dr. II, p. 424 sq. — K. II, 1. p. 512 med.

Apud Ciceronem legitur

ignarus inf. praes. 12, 2, 4 „eadem et in Italia esse". — inf. fut. 7, 5, 5 (om. subi.) „eisdem .. exitiosam fore" (sc. matrem — 17, 2, 3 „ignarus prorsus . . se ipsum exemplum futurum — Sequitur „quod" c. ind. 25, 1, 7 „quod . . sollicitabat". — c. coniunctivo 31, 4, 8 „quod . . crearet". — v. Czensny p. 46.

Livius primus, cum oraculi cuiusdam versus citat, post eum Plinius maior utuntur vocabulo **memor,** quod ap. I. his locis exstat: inf. praes. act. 11, 10, 4 „adhuc Dareum vivere". — inf. pf. pass. 5, 11, 6 „se . . adiutos". — inf. gerd. 2, 5, 4 „ . . cum servis proeliandum". — Quod adiectivum cum copula „esse" coniunctum invenitur 5, 2, 10: „quippe memorem esse debere, alienam se victoriam . . instruere". — Coniunctio „quod" legitur 36, 1, 9 „memor quod et pater . . invisus et frater contemptus fuisset". — Sententia interrog. obl. 27, 3, 9 „memor vel quae facturus fratri esset vel quae meruisset . ."

Non ante Suetonium legitur

immemor, quae vox omnibus locis cum particula „prorsus" ap. I. coniuncta exstat: 12, 3, 12 „i. p. tantas opes amitti his moribus, non quaeri solere". — Saepius exstat coniunctio „quod": 8, 2, 11 „i. p. quod . . usi fuerant". — 42, 1, 4 „quod . . minuerat". — Coniunctivum haec particula regit 14, 6, 8 „i. p. quod . . habuissent".

Duo restant nomina adiectiva animi quendam affectum significantia, quorum alterum apud antiquorum tantum temporum scriptores et semel ap. I. invenimus:

laetus 12, 7, 6 „non militiam tantum, verum et vestigia se dei secutum". (v. Dr. II, p. 391), alterum inde a Seneca (v. Dr. II, p. 425).

contentus 6, 1, 1 „non contenti accessione Atheniensium opum vires sibi duplicatas". — Particula „quod" semel legitur. 22, 1, 14 „Nec contentus quod . . factus esset". — cfr. p. 28.

Infinitivis subiectivis et obiectivis ita quam uberrime allatis breviter et quasi appendicis loco disseram

De oratione obliqua.[1])

Orationem obliquam in universum ea dicimus enuntiata secundaria, quibus, quid alter homo cogitaverit aut dixerit vel alicui scripserit, ab altero narratur, quorum, quae apud Iustinum exempla inveniuntur, sub accusativo c. inf. coni. modo allata sunt. Sed persaepe fit, ut talia enuntiata e verbis sentiendi, declarandi vel hortandi, timendi al. pendentia quasi fontem quendam exhibeant orationis continuatae, cuius sententiae singulae, quamvis absolute positae esse videantur, tamen ipsae quoque intellegendae sunt aptae e verbo sentiendi, declarandi ctt aut priore illo aut altero quolibet cogitatione supplendo. Neque raro huic orationi obliquae proprie dictae enuntiata videmus interiecta esse, quorum verbum finitum expresse positum est velut apud Iustinum 9, 2, 12. 13. 11, 12, 11 sqq. (§ 14). 11, 13, 9 sqq. (§ 11). 13, 2, 6 sqq. (§ 10). Itaque si omnia enuntiata obliquae orationis continuatae suum habent verbum finitum (cfr. 1, 10, 17–19), eam orationem obl. proprie dictam appellare non possumus. — Sed ex his, quae dixi, patet etiam in oratione obl. proprie dicta nisi enuntiata secundaria exstare non posse et, quae videantur primaria (et ita appellentur), ea esse, quae in orationem recta translata fiant primaria. Neque minus manifestum est, omnia enuntiata vere secundaria, quae quidem non ex animo scriptoris sed eius, de quo quid narratur, dicta sint, modo coniunctivo ponenda esse. Sed quod Iustinus non modo hanc artis grammaticae legem saepissime[2]) neglexit — (cfr. Dr. II, p. 445 —

[1]) Orationis quoque rectae q. v. haec quattuor exempla inveniuntur: 1, 8, 13. 2, 12, 3–7. 14, 4, 2–8 et 10–14. 18, 7, 10-14., quae inter pauca ea numeranda sunt, quibus Iustinum propriam dicendi viam ingressum esse apparet. Nam cum Pompeium Trogum in Livio et Sallustio reprehendisse legamus (38, 3, 11:) „quod contiones directas pro sua oratione operi suo inserendo historiae modum excesserint", certe Iustinum mente atque animo Trogi doctrinam neglexisse constat. Unde, si qui sint, qui eam non ita anxie Trogi vestigiis institisse contendant, gravius aliquod momentum ad suam opinionem confirmandam capere possunt.

[2]) Ut enim orationem rectam paucis locis ita plurimis orationem obl. proprie dictam usurpatam invenimus. Numeravi equidem plus centum eiusmodi locos et inter eos circiter viginti orationes largiore ambitu confectas. Quarum has liceat afferre: 2, 1, 6–9. 11–20. 11, 15, 7–13. 13, 7, 7–10. 16, 1, 10–17. 19, 3, 3–10. 22, 5, 3–13. 28, 2, 2–13. 29, 2, 2–6 et 2, 8–3, 5. 30, 4, 6. 7 et 8–14. 31, 5, 3–9.

K. II, 2 p. 1036, adn. 2.) — verum etiam consecutionem temporum q. v. minime observat neque ex oratione obl. in orationem rectam transgredi dubitat (v. 9, 2, 11), — quae omnia cum apud alios scriptores tum apud Trogum (38, capp. 4—7; cfr. Fischer p. 62 sq.) inveniuntur —, hoc loco, cum a proposito nostro longius absit, leviter attingere satis est: nostrum est, de infinitivis, quae in enuntiatis primariis et secundariis orationis obl. exstant, paucis disserere.

Ex enuntiatis autem primariis orationis obl. accusativi c. inf. coni. constructionem ea adsciscunt, quae meram enuntiationem q. v. continent, quam legem cum perpauci scriptores quibusdam locis laeserint (v. K. II, 2, p. 1027, adn. 1.), Iustinus semper observavit. Atque in continuata quoque oratione obl. saepissime verbum copulativum deesse, non est quod multis verbis exponam. Maiore autem aestimatione dignum videtur, quod etiam forma „fuisse“ uno loco (22, 6, 2) desideratur. Nec non pronomen subiectivum persaepe supplendum est (v. Dr. II, p. 440 sq. — Ebert p. 34.), atque primae quidem quam dicunt personae: 2, 11, 6. 9, 2, 8. 9, 2, 13. 11, 15, 10. 16, 4, 12. 13. 22, 5, 6. 22, 6, 2. 28, 3, 15. 28, 4, 15. 29, 3, 1 „videre se .., videre“ (cfr. orat. Mithrid. 38, 4, 5 „audire se . ., 6 audire . ., 7 audire . ., 11 audire se“). 40, 2, 4; — alterius personae subiectum omissum est: 2, 12, 15. 5, 2, 10. 13, 3, 10. 29, 3, 2. — tertiae personae: 14, 1, 7. 31, 5, 6. 39, 3, 8. 43, 4, 4. 44, 3, 3.

Sententiae autem interrogativae orationis obl. (v. Dr. II, p. 435 sqq. — K. II, 2 p. 1029 sqq.), quae primariarum formam vindicaverunt, ipsae quoque in accusativi cum inf. coni. constructionem rediguntur. Hae sunt illae interrogationes rhetoricae, quarum verbum finitum in oratione recta — exceptis eis, quae dubitandi vel deliberandi vim atque significationem amplectuntur — primam vel tertiam personam exhibet. Quae ad orationem tantum exornandam ita usurpantur, ut responsum non exspectetur, nisi, qui interrogat, ipse responsum dat. Sed cum idem valeant ac responsum negativum (i. e. ac mera enuntiatio), vel, si interrogatio ipsa negativa est, idem atque responsum bis negativum (i. e. affirmativum), manifestum est, si in oratione obl. apparent, in accusativi c. inf. coni. constructione esse ponendas. Cuius rei inde a Ciceronis temporibus exempla exstare, Draeger l. l.

dicit, apud Iustinum duo tantum leguntur: 18, 6, 3 „sed quem inveniri posse . .?“ (i. e. neminem inveniri posse) et 28, 2, 8 „Quos autem homines Romanos esse? nempe pastores . .“ (i. e. homines autem R. nihil aliud esse quam pastores.)

Transituri ad enuntiata secundaria (K. II, 2, p. 1036 sq.) prima contemplemur relativa q. d. Atque relativum quidem enuntiatum, cuius pronomen relativum „qui“ idem est atque „et is“ vel „nam is“, quod igitur non subordinatum priori cuidam enuntiato sed coordinatum est nec nisi externam enuntiati secundarii speciem praebet, in oratione obl. accusativi c. inf. coni. structuram desiderat. Quorum apud Iustinum ut apud scriptores inde a Ciceronis aetate (v. Dr. II, p. 433) non pauca exstant exempla, ex quibus hoc unum afferre liceat: 11, 5, 6. 7 „petens victoriam bello, quo totiens a Persis petitae Graeciae ultor electus sit, quibus longa iam satis et matura imperia contigisse quorumque tempus esse vices excipere melius acturos“. — Attamen si tali enuntiato relativo alterum quoddam secundarium subordinatur, Iustini usus inter hanc constructionem et coniunctivum fluctuat, velut 29, 3, 1 „videre (se) tonantem . . procellam, quam in quascunque terrarum partes victoriae tempestas detulerit, magno cruoris imbre omnia foedaturam“. — Contra v. paululo ante 29, 2, 5 „Sed et ipsi cavendum exemplum esse, cuius quanto promptius nobiliusque sit regnum, tanto sit Romanos acriores hostes habiturus“. — Quo loco cum pronomen „cuius“ pro „nam eius“ usurpatum esse appareat, rectius pro „sit habiturus“ scribi oportebat „eum habiturum“. -- v. etiam orat. Mithr. 38, 4, 16 „quorum etsi bella sustinere possent . . ., tamen obruantur“. — Pronomen illud relativum ex praepositionibus aptum legitur his locis: 11, 3, 10. 11, 15, 9 „quamobrem“. — 18, 2, 2 „ob quam causam“. — 9, 2, 11 „ad quam ponendam se venire“. — 24, 2, 4 „cum quibus . . se armis contendisse“. — cfr. de enuntiatis relat. in or. obl. Kraut p. 41. — Thimm p. 90.

Tum videamus de enuntiatis, quae a vocabulo „quamquam“ incipiunt. Quae particula si idem valet ac coniunctio „tamen“, enuntiatum primarium est intellegendum itaque in oratione obl. in accusativi c. inf. coni. forma ponendum.[1]) Cuius rei apud

[1]) Idem fit, si coniunctiones „siquidem“ et „quippe“ particulae „nam“ locum tenent, quarum „siquidem“ in or. obl. bis (31, 5, 4. 44, 3, 2.) „quippe“ persaepe legitur, e. g. 6, 3, 7. 9, 7, 2. 14, 3, 5. 31, 3, 10. 31, 5, 4. 31, 8, 8. al.

Iustinum unum invenitur exemplum: 19, 3, 9 „Quamquam . . se quoque secuturum commilitones . . .“

Postremum autem nobis de enuntiatis comparativis dicendum est. Nam haec quoque, particulis „quemadmodum“ — „sic“ aeque valentibus atque „et“ — „et“, in accusativi c. inf. coni. structura ponantur opus est. Apud Iustinum unus eiusmodi locus exstat: 11, 13, 10 „et quemadmodum Dareo maiorem turbam hominum esse, sic virorum sibi“. — Qui dicendi modus ap. Cic. invenitur; v. Dr. II, p. 434, 1; sed contra Ciceronis usum apud Iustinum coniunctio „ut“, cui „ita“ correlativum opponitur cum coniunctivo modo coniunctus est: 40, 2, 4 „ut habenti regnum non ademerit, ita . . non daturum“. — Locus 22, 3, 4 corruptior est, quam ut hic adhiberi possit; v. edit. Ruehl. 22, 3, 4 atque eundem locum in translatione K. F. L. Kolbei (Monachi 1828) et Ch. Schwarzii (Stuttgart 1834).

CAPUT III.

De nominativo cum infinitivo coniuncto.

Hanc constructionem ea verba passiva admittunt, quae active usurpata praeter infinitivum etiam accusativum personae adsciscunt, et pauca verba sentiendi et declarandi. — v. Dr. II, p. 447 sqq. (§ 459). — K. II, 1, p. 520 sqq.

1. Verba quae active usurpata accusativum personae et infinitivum regunt. Omnibus temporibus usitata sunt

iubeor inf. act. vel vbi dep. 1, 6, 1 „eadem aggredi iussus est“. — 3, 5, 4 „iubentur ducem . . . petere“. — 6, 1, 9. 7, 1, 8. 11, 7, 11. 13, 4, 6. 13, 6, 15. 13, 7, 2. 3. 19, 1, 11. 43, 3, 11. — Formae „sunt“ vel „esse“ his locis omissae sunt: 1, 7, 12 „iussique . . lenocinia exercere“. — 15, 4, 4 „iussaque donum . . . dare“. — inf. pendet e participii „iussus“ forma 2, 8, 2 „iussis matronis . . sacra celebrare“. — 2, 10, 14. 11, 15, 4. 12, 12, 9. 14, 4, 1. 31, 2, 3. — inf. supplendus est 44, 5, 2 „cum . . sacra . . per quietem iussi in Hispaniam transtulissent“. — inf. pass. uno loco exstat 15, 4, 16. „interfici a rege iussus“. — v. Czensny p. 22. — Tertull. p. 249. 539.

cogor 2, 9, 3 „conscios . . nominare“. — 2, 13, 5 „pacem . . petere“. — 9, 2, 5. 11, 4, 11. 21, 2, 5. 32, 3, 16. 39, 3, 7. — v. Kuehnast p. 251. — Czensny p. 22. — Tertull. p. 121. 188. 296. 524.

Inde a Ciceronis vel Caesaris temporibus leguntur

admoneor 2, 5, 4 „admonentur Scythae mutare genus pugnae“. — Ap. Cic. non exstat; semel ap. Caes., v. lexx. et Dr. II, p. 323. — cfr. Paucker p. 336. — Rožek p. 20. — v. Blaum p. 23. — Particula „ut“ posita est 4, 5, 11 „ut sibi consuleret admonitus“. (cfr. 1, 6, 1 „praemonitus ut . . adsumeret“.)

prohibeor 5, 9, 4 „civitates exsules recipere“. — 19, 1, 10 „humanas hostias immolare et canina vesci“. — E participio inf. pendet 14, 4, 21 „venire prohibitum“. — Alter nominativus c. inf. coni. ex altero aptus est 24, 7, 6 „prohibiti (esse) agrestes oraculis feruntur messes vinaque villis efferre“. — v. lexx. Cic. et Caes. — Dr. II, p. 451. — Blaum p. 24. — Ćzensny p. 22. — Thimm p. 88. — Tertull. p. 249. 418.

Inde a Propertio et Valerio Maximo legitur

persuadeor 2, 11, 14 „Nihil erat difficile persuadere persuasis mori“. — v. Dr. II, p. 454. — Quod participium Zumpt (p. 271, adn. 1.) e transitivo verbo „persuadeo te“ derivandum esse dicit. — cfr. Paucker p. 336.

Neque ante Valerium Maximum invenitur

insimulor 5, 1, 1 „insimulatur mysteria . . enuntiavisse“. — v. Dr. II, p. 453 sq.

Posterioribus temporibus attribuendum est

compellor 13, 7, 4 „deo parere compelluntur“. — 30, 3, 7. 39, 3, 2. — 11, 14, 3 „fugere compulsus est“. — 12, 13, 5. 36, 2, 13. — „Sunt“ forma supplenda est 19, 2, 4 „Afri compulsi stipendium . . remittere“. — E participio „compulsus“ inf. aptus est 9, 7, 6 „redire“ et 39, 3, 2 „repudiare“. — v. Dr. II, p. 327. — Golenski p. 34. — Thimm p. 88. — Tertull. p. 121. 309. 519 infra.

Apud Iustinum primum puto legi

carpor 12, 5, 2 „Maxime indignabatur carpi se . . patris patriaeque mores subvertisse“.

Verba movendi, cum pro particula „ut“ vel pro supino infinitivus sequi possit ad finem quendam accuratius significandum, in passivo genere etiam nominativi c. inf. coni. constructionem

adhiberi posse manifestum est. (v. Dr. II, p. 368 sqq.) Cuius rei ap. I. unum legitur exemplum

mittor 18, 7, 7 „decimam Herculis ferre . . missus fuerat“. — Quo verbo iam Statius poeta usus est, v. Lohr p. 5. — Ad hunc dicendi usum v. K. II, 1, p. 501 sq. — cfr. Fischer p. 50, 3. — Paucker p. 337, b.

Verbum „coepi“ quoque passive usurpatum omnibus temporibus hanc constructionem exhibet; v. Dr. I, p. 159 sqq.

coeptus sum 6, 9, 5 „vectigal . . . dividi coeptum“. — et 17, 3, 22 „tantusque . . haberi coeptus est, ut . .“ (cfr. Cic. Br. 67, 236, quem locum Kuehner II, 1, p. 498 affert; contra v. 38, 10, 6 „magnus haberi coepit“.) — Quamquam non ita multum interest inter duas sententias „bellum geri coepit“ et „bellum geri coeptum est“ (v. orat. Mithr. 38, 5, 3 „bellum . . ab illis geri coeptum“) — hac enim persona quoque vel plures personae, quae quid incipiunt, cogitatione supplendae esse videntur, illa initium tantum rei spectatur —, tamen usitatius est genus passivum; nam vb. „coepi“ cum infinitivo passivo coniunctum inde a Livii demum temporibus saepius invenitur. — v. Zumpt p. 166 (§ 221) — Dr. l. l. — K. II, 1, p. 497 sq.

2. Verba sentiendi et declarandi.

E verbis sentiendi unum exstat idque omnibus temporibus frequentatissimum.

videor inf. praes. vbi act. vel dep. *a)* significans „gesehen werden“: 20, 3, 8 „duo iuvenes pugnare visi sunt“. — 23, 3, 9 „abire et . . fugere“. — *b)* „scheinen“: 1, 2, 3 „ne . . aliquid occultare videretur“. — 2, 4, 27. 6, 8, 8 „non accipere, sed dare“. — 15, 1, 3. 17, 3, 22. 22, 1, 7. 23, 4, 15. 36, 4, 2. 37, 2, 2. 38, 3, 2. — *c)* „mihi videor“: 12, 16, 2 (om. pronomine „sibi“:) „visa per quietem est cum ingenti serpente volutari“. — v. Kuehnast p. 255. — inf. pf. vbi act. vel dep. *a)* „gesehen werden“: 9, 4, 3 „ut neque apud suos exsultasse neque apud victos insultasse videretur“. — *b)* „scheinen“: 2, 1, 9 „ibi primum homines natos videri debere“. — 2, 8, 1 „arma movisse“. — 3, 4, 10. 3, 7, 3. 9, 7, 14. 12, 4, 2. 16, 1, 2 „propensior fuisse“. — 18, 1, 2. 24, 1, 3. 26, 2, 6. 31, 5, 1 „sprevisse“ (sc. eum). — Saepius de hoc verbo duo infinitivi perf. (vbi act. vel dep.) suspensi sunt, quibus duae actiones inter se comparantur aut altera alteri

opponitur: 2, 11, 11 „caverent ne fortius mansisse quam dimicasse viderentur". — 6, 8, 2 „ut non tam illum amisisse quam cum illo interisse omnes viderentur". — 8, 3, 5. 23, 2, 7. 28, 2, 14. – Alter autem infinitivus est passivus, atque prior quidem: 1, 10, 14 „ut non tam in extraneum translatum quam in familiam Cyri reversum (sc. regnum) videretur" —, posterior: 43, 4, 2 „ut non Graeci in Galliam emigrasse, sed Gallia in Graeciam translata videretur". — Pronomen personae, cui quid videtur, additum est hoc loco: praef. 2 „nonne nobis Pompeius .. orbem terrarum adgressus videri debet ..?" — *c)* „mihi videor": 15, 4, 3 „visa sibi est per quietem .. concepisse .." — v. Tertull p. 220. — 1, 5, 5 „quoniam defunctus sibi somnio videretur". — 12, 3, 7 (om. pronom:) „ut est visa uterum implesse". — inf. fut. *a)* „scheinen": 2, 7, 5 „cum si quid pro altero ordine tulisset alteri displiciturum videretur". — *b)* „mihi videor". Pronomen „sibi" et forma „esse"[1]) omnibus locis omissa sunt: 3, 5, 3 „quod adversus servos dimicaturi videbantur". — 7, 2, 11 „quem .. captivum de rege facturi videbantur". — 12, 15, 5 „percontatur videanturne similem sibi reperturi regem?" — v. Georges p. 52.

inf. praes. pass. (vb. „videri") nisi „scheinen" significans non invenitur:) 36, 2, 10 „ut .. a deo responsa dari viderentur". — 44, 4, 16 „regi". — Cum pronomine personae, cui quid videtur, hoc verbum coniunctum est 42, 4, 13: Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur". — inf. pf. pass. *a)* „scheinen": 5, 6, 4 „ut Atheniensium deletum ... nomen videretur". — 13, 1, 13. 15, 1, 1. 20, 1, 12. 42, 4, 12. 42, 5, 9. 44, 3, 1. 44, 4, 11. — Duo infinitivi pf. pass. exstant 21, 4, 5 „ne persona designata, non vitia correcta viderentur". — 12, 15, 13. 43, 2, 2 „damnata", „electa". — *b)* „mihi videor": 15, 4, 3[2]) (hoc quoque

[1]) Eichert (Lex. Iustin. s. v. „video") externam tantum formam respiciens „videri" vb. hic cum participio coniungi statuit, cum mea quidem sententia „esse" forma supplenda est itaque hoc quoque loco nom. c. inf. coni. exstare videtur.

[2]) Quem locum secundum Ruehlium citavi. Nam quae apud Ieepium exstat scriptura, qua inter duas nominativi c. inf. coni. structuras e sententia „visa sibi est" pendentes velut oratio obliqua constructio accusativi c. inf. coni. intericitur, eam, quamquam codicibus vulgatam videmus (v. Ruehlii edit., prf. p. XXXIII), tamen omnino puto non posse retineri. At quae ab Asulano prolata est coniectura (— vult enim pro „iussaque" legi „iussam-

loco alter nom. c. inf. coni. ab altero pendet; cfr. supra s. „prohibeor") „visa sibi est per quietem (concepisse . . accepisse . .) iussaque (esse) donum dare". — 17, 1, 12 „angustiis sibimet inclusi videbantur". — 29, 3, 7 (om. pronom:) „nec Romani . . soluti metu . . videbantur". — inf. gerd: „scheinen" 21, 5, 7 „ut contemnendus magis quam metuendus videretur". — 3, 3, 11 „consulturum, quid addendum mutandumque legibus videretur". — Adiecto pronomine: 8, 5, 7 „ut illi vel replenda vel derelinquenda quaeque loca videbantur".

E verbis declarandi omnibus temporibus inveniuntur:

dicor inf. praes. vbi act. vel depon. 43, 1, 8 „fatuari dicuntur". — 44, 3, 9 „praestare". — inf. pf. vbi act. vel dep. 1, 1, 9 „qui primus dicitur artes magicas invenisse et mundi principia . . spectasse". — 2, 10, 20. 31, 5, 1. 42, 3, 2. 42, 3, 4 „secuti". — 43, 1, 3 „tantae iustitiae fuisse". — inf. pf. pass. 2, 6, 11 „genus hominum conditum dicitur". — 35, 1, 7. 44, 3, 9. — v. Dr. II, p. 448.

feror inf. pf. act. 7, 1, 5 „regnasse fertur". — 14, 6, 12 „compsisse et contexisse". — inf. pf. pass. 24, 7, 6 „prohibiti agrestes . . feruntur". — v. K. II, 1, p. 520, 5. — Dr. l. l. et p. 449.

nuntior inf. praes. act. 13, 5, 14 „qui cum venire . . nuntiatus esset". — Quam quidem formam compositam q. v. „nuntiatus sum" inde a Plinio min. demum legi Draeger II, p. 450 sq. dicit. — v. Kraut p. 40, f. — inf. pf. pass. 22, 7, 2 „occidione caesi nuntiabantur". — v. Dr. II, p. 448. — lexx. Cic. et Caes.

Non ante Ciceronis aetatem invenitur

trador inf. pf. act. 42, 3, 2 „reges orientis fuisse traduntur". — inf. pf. pass. 4, 1, 3 „stratum sulphure . . traditur" (sc. solum.). — v. Dr. II, p. 452 et lex. Cic.

Apud Lucretium legitur, — quamquam neque Cicero neque Caesar ea constructione utitur —

---

que", v. ibid. —), cum simplicissima tum optima esse mihi videtur. Ita enim retentis codicis verbis „gravidamque factam" verba, quae priorem nominativi c. inf. coni. constructionem secuntur, orationem obl. continuatam exhiberent, cuius subiectum omissum esset et quae e verbo quodam sentiendi cogitatione supplendo proflueret, — quam meam fuisse opinionem confiteor, antequam Asulani illam coniecturam legi.

credor 1, 2, 4 „puer esse credita est". — inf. pf. act. 9, 7, 8 „utrique . . impulisse creduntur". — 37, 3, 6. — v. Dr. II, p. 453, unde patere videtur, formam illam compositam, quam prius exemplum exhibet, non ante Plinium maiorem inveniri. — v. Bonnell, Lex. Quint. s. h. v. — Tertull. p. 209. 430.

Apud Ovidium primum legitur

probor 9, 7, 14 „ut timuisse videatur, ne facinus ab ea commissum non probaretur".[1]) — v. Dr. II, p. 454.

Non ante Plinium maiorem invenitur

prodor inf. pf. pass. 28, 4, 14 „si ab eo servata Lacedaemon . . proderetur". — 44, 4, 12 „ni et Romanorum conditores lupa nutriti et Cyrus . . cane alitus proderetur". — v. Dr. l. l.

De accusativi c. inf. coni. structura ex talibus formis apta v. p. 19 sq.

CAPUT IV.

De casibus infinitivi.

Casus obliquos gerundivi constat, cum mera notio actionis infinitivo significatae eis contineatur, infinitivi casus appellari. Sed ne nominativo quidem casui gerundivi illa necessitatis, quam nos cum eo coniungere assuevimus, notio ex antiquissimis temporibus inerat, nam viri doctissimi eum meri participii praes. pass. vicibus fungi recte dixerunt illamque notionem futuri atque necessitatis ad eum, nisi cum verbi copulativi forma „est" vel „mihi est" coniungeretur, non accedere.[2]) Posterioribus autem temporibus, cum plerumque gerundivum cum forma „est" conexum legeretur, haud mirum est, quod in formam gerundivi etiam notio necessitatis sensim invasit. Quo fit, ut hic gerundivi

---

[1]) Eichert (Lex. Iust. s. v. „probo") loci sententiam hanc esse putat: Olympias timebat, ne facinus reprehenderetur; sed nescio an melius sic intellegatur: Ol. tam insolenter coram hominibus se egit, quia permultum sua intererat auctor caedis haberi. Atque cum ita loci sensum expediendum censeam, formam „commissum" non participium (ut Eichert), sed infinitivum decurtatum intellegam necesse est.

[2]) v. Dr. II, p. 820 sq. — K. I, p. 452 sqq.; II, 1 p. 540 sqq. — H. Rotter „Ueber das Gerundium der lateinischen Sprache", lib. schol. Cottbus. 1871, p. 5 sqq.

nominativus vi atque significatione valde discrepet ab infinitivo proprie dicto. Sed cum uterque suo iure illorum casuum obliquorum nominativus appellari possit, alter ex specie atque forma, alter ex vi atque indole, licet paucis priorem quoque attingam.

Atque primum quidem illa notio necessitatis eo fit, quod gerundivi neutrum, i. e. gerundium, cum verbi copulativi forma „est“ coniungitur. Cuius rei apud Iustinum unum tantum exemplum repperi 25, 4, 1 „iam nec eo, ad quod votis perveniendum fuerat, contentus“.

Fit deinde illa notio necessitatis eo, quod gerundivum verbi transitivi cum forma quadam verbi copulativi „esse“ vel „videri“ coniungitur ita, ut adiectivi instar sit: *a)* subiectum est nomen substantivum 2, 1, 1 „principium ab origine repetendum est“. — 2, 6, 1. 8, 5, 8. 9, 5, 4. 18, 3, 1 „casus . . . dolendi fuerunt“. — 18, 3, 17. 22, 8, 9. 42, 2, 7. — Copula omissa est 44, 1, 6 „sed nec summae tantum terrae laudanda bona“. — Subiectum e verborum contextu facile suppletur: 1, 7, 14 „nullus tamen fortunae Candauli comparandus“ (sc. rex). — 6, 1, 8 (sc. dux) — 21, 5, 7 (sc. Dionysius) — 41, 2, 8 (sc. Parthi). — Dativus personae cum verbo copulativo coniunctus est his locis: 1, 6, 11 videant fugientibus haec an illa pugnantibus acies rumpenda sit“. — 8, 5, 7 „ut illi vel replenda vel derelinquenda quaeque loca videbantur“. — 11, 4, 9. 27, 2, 3. 30, 3, 9. 41, 2, 9. — *b)* subiectum est neutrum nominis adiectivi. 3, 7, 16 „pauca dicenda sunt“. Idem subiectum exstat 17, 3, 1. 18, 3, 1. — Dativus personae legitur 2, 3, 12 „cum tanto sibi plura in hoste concupiscenda sint“. — *c)* subiectum est pronomen *1.* masculini generis: 13, 6, 20 (dativus personae positus est:) „ut . . timendus ipse hostibus esset“. — *2.* neutrius generis: 1, 8, 9 „quod gravius dolendum“. — 3, 3, 11 „quid addendum mutandumque legibus videretur“. — Cum dativo personae copula coniuncta est: 1, 10, 18 „quid hostibus cavendum sit“. — 2, 3, 10 „quod magis domi fuerit illi timendum (sc. bellum). — 38, 8, 10.

Haec hactenus de nominativo gerundii et gerundivi. Sed priusquam ad casus obliquos infinitivi transeamus, hoc loco paucas illas gerundivi formas adnectere liceat, quae attributive usurpantur, i. e. plane nominis adiectivi locum tenent. Qui usus, cum ex praedicativo, quem modo tractavimus, derivatus

sit, his quoque formis necessitatis notio inest. Sunt autem in Iustino hae:

miserandus 8, 4, 7 „foedum prorsus miserandumque spectaculum“. — item 15, 3, 4 — 42, 4, 14 „miserandum senem“. — Cuius vocabuli usum praedicativum supra legeramus 8, 5, 8. 11, 4, 9.

detestandus 14, 14, 12 „detestandum sui conspectum“.

metuendus 28, 4, 1 „qui soli . . omnibus metuenda arma contempserant“. — Usus praedicativus: 18, 3, 17. 21, 5, 7.

comparandus 4, 3, 1 „facinus nulli tyranno comparandum“. — Usus praedct. 1, 7, 14. 25, 5, 3.

mirandus 2, 13, 10 „rerum varietate miranda“. — (De hoc loco v. p. 14 et adn. 1.)

nefandus 19, 3, 10 „nefanda lues“. — 21, 4, 2. 39, 5, 1. — Cuius vocis etiam gradus superlativus exstat: 18, 7, 10 „nefandissimum caput“. — v. Seck p. 14. — Atque in numero plurali neutrius generis ut substantivum nomen usurpatum est 16, 4, 11 „nefandissima quaeque“. — Similiter substv. nomen factum est **reticenda**, orum: 1, 7, 15 „matrimonii reticenda“.

Gerundivum quoddam cum substantivo nomine tam arte coniunctum est, ut quasi unius vocis speciem atque significationem praebeat. Quod vocabulum „iusiurandum“ omnibus temporibus usitatissimum apud Iustinum hisce casibus invenitur: casus nominativus: 24, 2, 10 — genitivus 3, 3, 12. 14, 4, 8. 24, 2, 5. — accusativus (aptus e praepositione „post“:) 3, 4, 5. — ablativus 3, 3, 11. 5, 10, 11. 8, 4, 11. 11, 3, 10. 14, 4, 3. 7.

Iam transituri ad accusativum gerundivi notionem necessitatis in gerundivo inesse videbimus, cum a verbis transitivis ita pendeat, ut praedicative usurpatus finem, ad quem spectet actio quaedam, indicet.

Apud Iust. haec verba exstant atque primum quidem omnibus temporibus usitata: (v. Dr. II, p. 823 sqq.)

do 11, 15, 13 „dextram se ferendam Alexandro dare“.

loco 8, 3, 8 „regem . . locare et muros . . et fana ac templa facienda“.

Inde a Ciceronis vel Caesaris aetate invenitur.

trado 1, 4, 7 „pastori . . puerum exponendum“. — 1, 5, 6 „filium eius interfecit epulandumque patri tradidit“. — 2, 10, 14. 2, 13, 8. 5, 8, 6. 12, 5, 11. 25, 5, 2. — v. lex. Caes. et Dr. l. l.

Inde a Livio legitur

suscipio 7, 4, 7 „quae . . . occidendum virum regnumque adultero tradendum susceperat".

Posterioribus demum temporibus exstant

porrigo 12, 15, 2 „osculandamque dextram suam flentibus porrexit".

offero 43, 2, 5 „pueros lupae alendos obtulit".

accipio 9, 3, 10 „loca quae tuenda a ducibus acceperant".

mitto 14, 6, 13 „filium Alexandri cum matre in arcem . . . custodiendos mittit". — v. K. II, 1 p. 545, 4. — Dr. l. l. p. 824.

Passivae horum verborum formae eadem vi atque notione nominativus gerundivi praedicative apponitur:

do 1, 4, 6 „Natus infans datur occidendus Harpago".

trado 1, 5, 10 „ . . lepusque . . ferendus fido servo traditur". — 17, 3, 19 „traditusque est Beroae Glauciae . . nutriendus".

praebeo 38, 8, 10 „prorsus quasi astu inspicienda praeberentur quae . . ." — (Forma activa vbi „praebeo" cum accusativo gerundivi conniuncta legitur orat. Mithr. 38, 5, 10.)

His quae attuli exemplis gerundio et gerundivo necessitatis notionem inesse vidimus; reliquis utroque mera verbi actio continetur. Atque ut accusativum porro tractemus, gerundii accusativus ap. Iust. e praepositionibus „inter" et „ad" aptus est.

inter semel exstat: 11, 8, 8 „inter bibendum". — v. K. II, 1 p. 560. — Dr. II, p. 852, qui hunc usum apud veteres scriptores et inde a Livio inveniri dicit. — v. Blaum p. 22.

ad praep. omnibus temporibus legitur. Quae si e meris adiectivis vel e participiis, quae adiectivi loco usurpantur, apta est, eam rem significat, qua subiecti quaedam qualitas nomine adiectivo expressa apparet vel ad quam ea qualitas referenda est ita, ut praepositionem hic „ad relativum" appellare possimus. Suspensa autem est de his adiectivis vel participiis:

rudis 1, 1, 5 „rudes adhuc ad resistendum populos . . perdomuit". — (Apud Curtium et Tacitum vox „rudis" cum genitivo gerundii coniungi Draeger II, p. 833 dicit; — v. etiam Lohr p. 73 (Stat.) „rudis fandi".)

promptus 41, 3, 8 „ad faciendum quam ad dicendum promptiores". — v. Dr. II, p. 854.

paratus 2, 11, 9 „ut ire se parato ad moriendum animo scirent".

Haec praepositio de verbis movendi vel eundi suspensa finem, ad quem quid fit, significat, ut tamquam „ad finale" eam appellare possimus".

venio 17, 3, 4 „cum .. ad consulendum venisset".

mitto 32, 2, 3 „quem pater ad satisfaciendum senatui miserat". — 33, 2, 5 „ad persequendum missus".

Multo autem saepius accusativum gerundivi usurpatum invenimus atque pendentem quidem e praepositionibus „in" et „ad"; quarum priore solus Cicero et uno loco usus esse videtur (v. Dr. II, p. 851), nec Iustinus nisi semel 21, 4, 1 „opes suas .. in occupandam dominationem intendit". — K. II, 1 p. 560. — cfr. 21, 1, 4 „animum .. ad favorem .. conciliandum intendit".

Contra praepositio „ad" cum gerundivo coniuncta tam saepe ab Iustino usurpata est, ut nonnumquam brevibus intervallis legatur (e. g. 13, 3, 2. 4. 7. et 11, 10, 4. 9. 10.) et quaedam sententiae ad verbum fere repetantur. (e. g. 1, 7, 9. 5, 1, 5. 43, 5, 4.) — Atque „ad" quidem „relativum" post haec adiectiva et participia reperitur:

parvus 5, 8, 11 „quasi parvus hic ad continendam civitatem exercitus esset".

paratus 31, 2, 2 „virum ad prospicienda cavendaque pericula paratum".

instructus 22, 4, 1 „quod se neque viribus parem neque ad obsidionem ferendam instructum videret".

invictus 25, 4, 3 „ut ad devincenda regna invictus habebatur, ita . . ."

Haec vis „relativa" praepositioni „ad" etiam, cum ex formula „tempus est" apta sit, subest: 8, 5, 2 „Sed neque spatium erat instruendi belli nec tempus ad contrahenda bella", — (cfr. Seck p. 24) — quarum posterior constructio haud scio an varietatis causa vel ut genitivi in „orum" cadentia[1]) vitarentur, sit usurpata.

Contra vim „finalem" subesse sententiae „spatium (vel

---

[1]) Quamquam aliis locis velut 11, 12, 1 „redimendarum .. captivarum". — et 44, 2, 7 „declinandorumque periculorum" — genitivi illi male sonantes leguntur.

tempus) dare ad alqd. faciendum", nemo non concedet: 24, 7, 1 „deliberavit . . an . . spatium ad resumendas vires daret". — v. K. II, 1 p. 560. — Quam significationis mutationem verbo „dare" effici apparet.

Legitur autem „ad finale" cum gerundivo coniunctum post haec verba:

Verba movendi. Usitatissimum est verbum mitto, in quod vicies quater incidi: 1, 8, 5 „filium ad insequendum eum . . mittit". — 1, 9, 3. 2, 12, 8. 2, 15, 7 al. — E verbo passive usurpato „ad" praepos. his locis apta est: 5, 10, 6 „ad quod comprimendum . . rex mittitur". — 9, 2, 16. 16, 3, 10 „missus ad extorquendum quod negabatur". — 18, 2, 7. 27, 1, 4. 32, 3, 13. 42, 4, 5. — cfr. 18, 7, 7 „decimam . . ferre . . missus fuerat".

Reliqua verba movendi sunt haec: remitto 3, 4, 8. — dimitto (pass.) 34, 3, 7. — admitto (pass.) 1, 3, 2. — voco (pass.) 31, 5, 2. — evoco (pass.) 9, 5, 1. — revoco 29, 4, 6. — (pass.) 38, 10, 7. — accio (pass.) 12, 6, 17. — suborno 12, 14, 6. — animum intendo 21, 1, 4. — Similiter: relinquo (pass.) 25, 1, 2.

Verba eundi: eo 11, 10, 10. — coeo 13, 2, 4. — concurro 5, 1, 5. 9. 43, 5, 4. — excurro 13, 5, 7. — confluo 1, 7, 9. 7, 6, 4. — convolo 33, 2, 3. — contendo 20, 4, 4. 36, 4, 10. — proficiscor 3, 4, 10. 11, 7, 6. 13, 7, 3. 20, 4, 3. — venio 9, 2, 11. 11, 9, 13. 38, 8, 8. 41, 4, 9. 42, 5, 10. — revertor 6, 5, 6. — dilabor 2, 12, 19. — irrumpo 13, 3, 4. — desilio 12, 11, 8. — Similiter: dux exsisto: 16, 1, 13. — remaneo 2, 4, 16. — supersum 21, 4, 8. —

Verba dandi et accipiendi: do 3, 7, 9. — addo (pass.) 13, 4, 11. — adiungo 42, 3, 1. — iuvo (pass.) 39, 4, 4. — confero 43, 5, 9. — obtineo 2, 4, 33. — excipio (pass.) 39, 1, 6. — adquiro 4, 4, 1.

Finis, ad quem quid fit, his quoque locis praepos. „ad" c. gerundivo coniuncta exprimitur: 1, 9, 12 „tributa permittere". — 11, 10, 9. 11, 14, 4. 12, 2, 4. 14, 1, 11. 17, 2, 13. 21, 3, 8. 24, 3, 6. 24, 7, 5. 10. 26, 3, 2. 33, 2, 4. 34, 2, 3. 36, 1, 2.

Genitivus gerundii vel gerundivi supplementum est attributivum nominis substantivi vel adiectivi.

1. Genitivus gerundii apud Iustinum haec sequitur nomina substantiva: *a)* gerundium obiecto vacat: potestas 11, 4, 1 „di-

cendi" — 11, 14, 12 „redeundi". — 11, 15, 5. 14, 1, 4. 22, 4, 3. 26, 1, 6. 41, 2, 5. — copia 2, 12, 2 „colloquendi" — 34, 2, 1 „pugnandi". — vis 6, 8, 2 „nocendi" — spatium 18, 5, 7 „respirandi". — 26, 1, 9 „deliberandi". — locus 15, 2, 16 „coeundi". — causa 11, 7, 7 „consulendi". — 12, 6, 5. 31, 4, 7 „bellandi". — v. Seck p. 23. — titulus 5, 1, 8 „coeundi". — species 34, 3, 8 „venandi". — ratio 9, 8, 8. 12. „vincendi". — consuetudo 43, 4, 12 „recte faciendi". — ius et ordo 2, 10, 2 „nascendi". — necessitas 1, 6, 12 „post necessitatem pugnandi".[1]) — voluntas 12, 6, 9 „moriendi" — cupiditas 18, 4, 9 „fugiendi" — (contra v. 12, 4, 3 „existimans minorem in patriam reditus cupiditatem futuram".) — arbitrium 39, 5, 4 „vagandi". — animus 7, 2, 10 „vincendi". — studium (idem fere est quod „cupiditas":) 26, 3, 4 „placendi". — 37, 2, 7 „venandi". — (idem fere atque „ars":) 24, 4, 3 „augurandi". — voluptas, prf. 4 „cognoscendi". — patientia 12, 11, 9 „moriendi". — labor 18, 4, 1 „quaerendi". — taedium 3, 3, 10 „consuescendi". — gratia 5, 2, 5 „obsequendi". — ars 19, 1, 1 „bellandi". — signum 6, 6, 10 „parcendi". (Pro gen. gerd. enuntiatio secund. e particula „ut" pendens sequitur 25, 2, 3 „signum dederat ut . . se occultarent". — lex[2]) 2, 3, 8 „parendi" — felicitas[2]) 2, 10, 3 „nascendi". — Uno de substantivo concreto genitivus gerd. pendet: auctor 3, 4, 9 „nascendi".

b) gerundium sequitur obiectum suum (v. Seck p. 24). — *1.* casus accusativus: potestas 3, 3, 2 „sublegendi senatum vel creandi quos vellet magistratus". — causa 18, 2, 5 „mittendi auxilia". — 20, 5, 7 „in Italiam veniendi sedesque novas quaerendi". — necessitas 31, 4, 10 „Asiam ingrediendi". — amor 18, 5, 13 „detinendi advenas" — desiderium 31, 8, 4 „Romanos avitos lares et incunabula maiorum templaque ac deorum simulacra inexplebile desiderium videndi tenebat". — Supplendus est accusativus e verbis praecedentibus: spes 2, 6, 1 „gerendi". (sc. bella) — *2.* casus dativus: animus 2, 4, 5 „nubendi . . finitimis". — 9, 8, 20 „parcendi victis".

---

[1]) Quem dicendi modum apud solum Iustinum inveniri dicit Paucker p. 322.

[2]) Substantiva „lex" et „felicitas" inde ab Iustino cum genitivo gerd. coniungi Draeger II, p. 829, a affirmat. Attamen eum fugisse videtur, quod Statius Silv. III, 3, 49 isdem utitur verbis: „quid enim terrisque poloque parendi sine lege manet". — v. Lohr, p. 58.

2. Genitivus gerundivi post haec substantiva invenitur: via 31, 5, 2 „gerendi belli". — ratio 31, 5, 8 „gerendi belli" — modus 12, 7, 3 „salutandi regis". — species 4, 3, 5 „ferendi auxilii". — titulus 30, 3, 6 „ferendi auxilii". initium 6, 4, 1 „resumendae potentiae". — finis 6, 4, 1 „habendae" (sc. potentiae). — 2, 3, 18 „pendendi tributi". – usus 44, 4, 1 „mellis colligendi". — constantia 12, 11, 9 „exigendi supplicii". — locus 43, 3, 11 et 43, 4, 3 „condendae urbis". — spatium 8, 5, 2 „instruendi belli". — potestas 11, 12, 1 „redimendarum captivarum". — occasio 12, 1, 6 „reciperandae libertatis". — 16, 4, 6. 22, 3, 8. 23, 2, 13. — necessitas 5, 2, 14 „deponendi belli". — consilium 2, 13, 5 „pontis interrumpendi". — 10, 1, 4. 34, 4, 1. — spes 5, 9, 5 „reciperandae patriae". — 6, 7, 1. 13, 7, 6. 16, 1, 6. 18, 1, 1. 23, 1, 17. 25, 3, 8. 31, 6, 7. — cupido 11, 7, 4 „urbis potiundae . . . cupido eum cepit". — cfr. p. 25 supra. — (De verbi „potior" usu v. Zumpt p. 307 (§ 466) — K. II, 1 p. 282 sq., adn. 4) — cura 17, 3, 10 „servandi eius educandique". — Substantivum concretum idem exstat (v. supra): auctor 2, 9, 10 „non exspectandi auxilii". — 3, 4, 8. 26, 1, 9. (cfr. 5, 4, 12 „maximi imperii subversi et rursus recepti auctor".)

Adiectivum relativum genitivus gerundivi uno loco sequitur 44, 2, 7 „peritus declinandorum periculorum". — v. Dr. II, p. 832.

E duobus illis casibus ablativis „causa" et „gratia" genitivus gerundii pendet his locis: praef. 5 „non tam cognoscendi quam emendandi causa". — 9, 1, 9 „praedandi causa". — 17, 3, 11 „erudiendi gratia". — et genitivus gerundivi his locis: 15, 3, 13 „alligandi vulneris causa". – 29, 4, 2 „iungendae societatis gratia".

Dativus casus quater tantum et is gerundivi repperitur sequens *a)* nomen adiectivum 4, 1, 3 „ignibus generandis nutriendisque soli ipsius naturalis materia". — *b)* haec verba: immoror 2, 3, 16 „pacandae Asiae immorati". — spatium quaerere 2, 15, 6 „consummando operi". — moram facere[1]) 6, 2, 16 „agendis rebus". — (cfr. 14, 2, 2. 18, 1, 5.) — v. Dr. II, p. 835 sqq.

---

[1]) Rožek p. 17 gravissime in eo peccat, quod hunc locum 16, 1, 6 „nec Demetrius spe invadendi Macedonici regni moram fecit" affert, quo e sententia „moram facere" genitivum quoque aptum esse demonstret.

Ablativus gerundii apud Iustinum persaepe velut ablativus instrumenti q. v. usurpatur: *a)* obiecto non apposito: 2, 7, 9 „ne aut tacendo parum rei publicae consuleret aut censendo offenderet sibi". — 2, 11, 18 „vincendo fatigati". — simil. 6, 3, 5. 14, 3, 6. — 2, 15, 6 diem de die proferendo . . . in rem sapienter consulendo". — 3, 5, 8 „pugnando". — Contra 32, 1, 5 ablativus „pugnando" non ablativus instrumenti intellegendus est, sed pro participio praesentis „pugnans" adhibitus: „non quia pugnando vitae pepercerit". — (v. Dr. II, p. 847, 1, a. — K. II, 1 p. 561 sq. — Ebert p. 27 sq.) — 12, 7, 8 „se parcendo . . consuluisse". — 23, 2, 8. 24, 3, 8. 31, 6, 6. 43, 3, 5 „piscando, mercando, plerumque etiam latrocinio maris . . vitam tolerabant". Qui locus illos ablativos gerundii nudos idem valere ac ablativum nominis substantivi demonstrat. v. Rotter, p. 14. — *b)* ablativus gerundii obiectum suum regit (v. Dr. II, p. 848) *1.* casum accus. 6, 3, 7 „illos vincendo Persas patriam defendisse, se Persas victores faciendo restituturum patriam esse". — 8, 1, 3 „auxilium inferioribus ferendo". — 14, 2, 12 „monendo singulos". „quae perperam facta erant blande corrigendo". — 14, 3, 6. 17, 3, 16. 22, 8, 7. 38, 3, 11. — *2.* Obiecti locum tenet accusativi c. inf. coni. constructio: 24, 5, 3 „aliter se pacem daturum negando". — 30, 4, 6. 8. — *3.* casus dativus exstat: 2, 15, 16 „conatibus obviam eundo". — 39, 3, 5 „hostique sororis nubendo". — *c)* obiectum e verborum contextu supplendum est: 2, 13, 6 „retinendo" (sc. hostes) — 12, 8, 15 „onerando" (sc. fortunam). — De abl. gerundii v. Dr. II, p. 846 sqq.

Bis invenitur ablativus instrumenti gerundivi: 36, 4, 4 „cerisque fingendis et aere fundendo procudendoque oblectabatur". — 43, 3, 13 „periculo propulsando in tantum enituerunt, ut . ." — v. Dr. II, p. 849 sqq.

Ablativus gerundivi pendet e praepositionibus „a", „de", „in", quarum prima semel legitur: 2, 8, 4 „paulum a capienda urbe afuit", — altera tribus locis exstat: 2, 7, 8 „si quis legem de vindicanda insula tulisset". — 31, 7, 7 „neque de redimendo filio unquam tractavit nec . ." — 37, 3, 1 „non de regendo, sed de augendo regno cogitavit". — Tertia praepositio „in" saepius invenitur *1)* ad significandum, qua in re qualitas quaedam appareat: 5, 2, 7 „in conciliandis amicitiarum studiis quam in re-

tinendis vir melior". — 11, 9, 8 „Nec Darei segnis opera in ordinanda acie fuit". — 11, 10, 13. 16, 2, 8. 29, 1, 9. 31, 6, 10. 35, 1, 10 „nec Demetrio animus in propulsando bello defuit". — 37, 1, 8. *2)* ad occasionem vel locum significanda, quibus quid agitur: 12, 1, 1 „in persequendo Dareo amissos milites". — 3, 3, 12 „ne .. solutos se Spartani religione iuris iurandi in dissolvendis legibus arbitrarentur". — 26, 3, 8 „in matrimonio sortiendo iudicium patris secuta". — 27, 2, 8. 38, 1, 6. — v. Dr. II, p. 851 sq.

CAPUT V.

De infinitivo historico.

De infinitivi historici vel adumbrativi origine et natura copiose disseruit[1]) G. Mohr („De infinitivo historico", Diss. Hal. 1878, p. 2 sqq. 7 sqq.). Cuius viri doctissimi nomen Draeger, cum se in eo peccasse confiteatur, quod Iustinum uno tantum loco usum esse hoc infinitivo contenderit, — qua in re Kuehner II, 1 p. 105 eum sequitur — in praefatione posterioris voluminis p. VI affert eumque dicit viginti eiusmodi locos enumerare (v. etiam Seck p. 22 sq.). Sed ne ita quidem recte se habet res, cum equidem tres et viginti[2]) reppererim, quorum Mohr omisit hos locos 2, 3. 7. 21, 5, 4 sqq. 31, 4, 8. Facile praetermitti posse primum illum et ultimum concedens, tamen, quare commotus vir doctissimus principalem locum 21, 5, 4 sqq., quo undecim infinitivos historicos exstare censeo, non attulerit, haud intellego; nisi quod praeter primum infinitivum etiam undecim alios e „contentus" voce pendere putavit. Quae res eo minus credi potest, quod tale zeugma q. v. eo exsisteret, ut vix tolerari posset. Huc accedit, quod, si contra vocem „non contentus" forma affirmativa „sed contentus" poneretur, posteriore loco minor quaedam res necessario exprimeretur; sed cum appareat,

---

[1]) v. etiam E. Herzog „Die Syntax des Infinitivs" in Fleckeisen. annall. 107 (1873), p. 21. — Kuehnast p. 245 sq. — Czensny p. 6 sq. — Thimm p. 90. — Golenski p. 53. — Kretschmann p. 137.

[2]) In interpungendo loco 11, 10, 2 Ruehlium sequor, secundum quem „sectari" quoque vocabulum ex verbo „coepit" pendet.

„potare“ maius, velle quam „vagari“, „totis diebus in propinis desidere“ maius quam „conspici“ in eis ctt., fieri puto non posse, ut vehementiora illa vocabula apta sint e tenui voce „contentus“.

Considerantibus autem nobis, quomodo Iustinus infinitivo historico, quem inde ab antiquissimis temporibus adhibitum invenimus, usus sit (v. Fischer p. 46 sq.), haec fere genera seiungenda sunt visa. Atque primum quidem usurpatus est ad mores, instituta, ingenia describenda vel gentis cuiusdam (: 2, 3, 7. 41, 3, 4. 43, 4, 11.) vel singulorum hominum (: 9, 8, 12. 14. 17. 21, 5, 4 sqq.) Deinde ut enarraretur, quomodo se ante gravia facta vel postea gessissent vel multitudo quaedam (: 3, 2, 3. 5, 7, 4. 16, 4, 18.) vel singuli homines (: 11, 6, 8. 9. 11, 9, 8. 30, 1, 5. — 12, 6, 8. 32, 2, 8. 32, 3, 2. 36, 4, 2. 39, 3, 7. 42, 4, 12. 13.) Tum ut quodammodo illustraretur et vividius depingeretur, quomodo quaedam res essent gestae (: 12, 8, 12. 14. 12, 11, 7. 14, 2, 8. 18, 3, 11.) — Singulis eum adhibuit locis altero (5, 2, 14), ut orationis cuiusdam eventum planius exponeret, altero (31, 4, 8), ut oratione obliqua non ad finem perducta, quae praeterea dicta essent, nihilominus concitatius efficeret.

Infinitivus historicus, si contra id ponitur, quod ab auctore modo dictum est, saepius cum particula „contra“ coniunctus est: 11, 6, 8 „Contra rex . . nihil astu agere“. — 12, 11, 7 „Contra ille nunc castigare milites, nunc . . .“ — 39, 3, 7 „Contra Grypus orare . .“; aut si, quid sequatur e modo dictis, ostendere vult, cum particulis „itaque“, „igitur“: 5, 2, 14 „Itaque commeatus maligne praebere . . .“ — 14, 2, 8 „Itaque Eumenes blandimentis agere“. — 30, 1, 5 „Trepidare igitur Ptolemaeus . . .“ — 32, 2, 8 „Igitur Perseus . . . criminari“. — Quo loco memorandum puto, semel (11, 9, 8) infinitivum historicum, quo Iustinus, quae praecedentibus verbis continentur, quasi argumentetur, a particula „quippe“ initium capere.

Duabus e sententiis primariis non coniunctis altera infinitivum historicum praebet, altera verbum finitum: 2, 3, 7 „nihil parare quod timeant, nihil victores praeter gloriam concupiscunt“. — 3, 2, 3 „Hinc Lacedaemonii . . . auxilia ad vires suas trahere: inde Athenienses . . . propriis viribus confidebant“. — Qua dicendi ratione usum Iustinum multorum scriptorum exemplum

secutum esse, Mohr p. 15 demonstrat, unde patet Livium id genus dicendi saepissime adhibuisse, nec non Sallustium, Curtium, Tacitum, poetas.[1])

Plus tribus infinitivis historicis uno loco positis non ita crebro Iustinus utitur: quattuor leguntur 36, 4, 2 et 41, 3, 4, sex 43, 4, 11, undecim loco illo 21, 5, 4, quem Mohr sub hac infinitivi notione non affert. Plerumque autem infinitivus hist. praesens historicum q. d. antecedit vel sequitur; 5, 7, 4. 5 „discurrere ... sciscitari ... requirere ... tenet“. — 12, 6, 8 „amplecti ... tractare ... confiteri ... vertit“. — 36, 4, 2 „sumit ... submittit ... prodire ... ostendere ... inire ... habere“. — 41, 3, 4 „vectantur ... obeunt ... ire, consistere, mercari, colloqui“. — (v. Kraut p. 40.) — Duobus locis eum orationem quoque obliquam anteire videmus: 14, 2, 8 sqq. 39, 3, 7 sqq. semelque cum oratione obliqua promiscue adhiberi: 12, 8, 11 or. obl. 12 inf. hist. 13 or. obl. 14 inf. hist.

Infinitivi historici subiectum, cum eum vices verbi finiti — atque apud Iustinum quidem non nisi tertia persona positi — sustinere constet, in nominativi casu ponatur necesse est. Est autem subiectum *1.* nomen substantivum et id omnibus locis concretum q. v. *a)* nomen proprium: 11, 6, 8 „Dareus“. — 14, 2, 8. 30, 1, 5. 32, 2, 8. 39, 3, 7. — *b)* nomen appellativum: 9, 8, 14. 17 „pater“. — *c)* nomen collectivum *α)* nomen gentis cuiusdam: 3, 2, 2 „Lacedaemonii“. — 43, 4, 11 „Massilienses“. — β) nomen collectivum proprie dictum, quod totum quoddam ex compluribus partibus constans significat: 16, 4, 8 „plebs“. — *2.* nomen adiectivum: 5, 7, 4 „omnes“. — 5, 7, 4 et 12, 8, 12 „alius“. — *3.* pronomen *a)* masculini generis: 9, 8, 17 „hic“. — 9, 8, 12 et 12, 11, 7 „ille“. — 11, 9, 8 „ipse“. — *b)* neutrius generis: 18, 3, 11 „id“.

Infinitivi historici subiectum idem est ac sententiae grammaticae praecedentis: 11, 6, 9. 12, 6, 8. 12, 8, 14. 21, 5, 4 sqq. 32, 3, 2. 36, 4, 2. 41, 3, 4. 42, 4, 12. — Subiectum ex sententia grammatica antecedente non est supplendum hisce locis: 2, 3, 7. 5, 2, 14. 5, 7, 4. 11, 9, 8. 31, 4, 8. 42, 4, 13.

---

[1]) Qua de causa Rožek p. 20 hunc usum ut vitiosam locutionem improbet, animo percipi nequit.

Apud Iustinum hic infinitivus nisi in enuntiationibus primariis non invenitur (v. contra Kuehnast p. 246). Hoc autem, accusativum cum infinitivo coniunctum de infinitivo historico suspensum esse, apud omnes scriptores rarissime legi Draeger II, p. 441 commemorat; sed cum ille in Iustino infinitivum hist. nisi loco 36, 4, 2 non noverit, mirum non est, quod, et accusativum cum inf. coniunctum et nudum infinitivum ex infinitivo historico apud eum pendere, non attulerit. Sunt autem loci hi: 32, 3, 2 (omisso subiecto:) „tunc et insidiis circumventum suspicari" (sc. eum esse). — 16, 4, 8 „laetari plebs ... auxilium eorum in exitium conversum esse".[1]) — Infinitivus obiectivus hoc loco exstat: 9, 8, 17 „Amari pater malle, hic metui". — v. K. II, 1 p. 516, adn. 6.

---

[1]) De hoc loco minime integro iam supra verba feci; v. p. 38, s. v. „laetor".

Index

nominum doctissimorum virorum, quorum libri adhibiti sunt.

(Adscribuntur numeri paginarum, quibus cuiusque liber primum laudatur).

Blaum, p. 18, supra.
Bongarsius, p. 6, adn. 2.
Bonnell, p. 19, med.
Borchardt, p. 7, adn. 1.
Czensny, p. 11, infra.
Draeger, p. 10, adn. 1; p. 17, adn. 1, inf.
Ebert, p. 21, med.
Eichert, p. 23, adn. 1.
Fischer, p. 7, adn. 2.
Forcellini, p. 8, adn. 5.
Frotscher, p. 5, adn. 1.
Georges, H. p. 14, supra.
Georges, K. E. p. 31, med.
v. Golenski, p. 12, med.
v. Gutschmid, p. 5, adn. 1.
Heeren, p. 5, adn. 1.
Herzog, p. 68, adn. 1.
Holstein, p. 21, med.
Jeep, p. 10, adn. 3.
Kellner, p. 9, adn. 1.
Kolbe, p. 54, med.
Kraut, p. 13, med.
Kretschmann, p. 23, med.
Kuebler, p. 24, inf.
Kuehnast, p. 11, inf.
Kuehner, p. 10, adn. 2.
Lachmann, p. 6, adn. 1.
Lohr, p. 11, inf.
Madvig, p. 8, adn. 2.
Merguet, p. 12, med. et p. 12, adn. 1 (bis).
Meusel, p, 12, adn. 1.
Mohr, p. 68, supra.
Mueller, G. p. 24, supra,
Mueller, J. Fr. F. p. 25, med.
Niebuhr, p. 5, adn. 2.
Oehler, p. 9, adn. 2.
Opitz, p. 17, med.
v. Paucker, p. 7, adn. 2.
Recke, p. 5, adn. 2.
Rotter, p. 59, adn. 2.
Rožek, p. 7, adn. 2.
Ruehl, p. 6, adn. 3; p. 7, adn. 2; p. 10, adn. 4.
Schanz, p. 8, adn. 11.
Schinkel, p. 12, supra.
Schwarz, p. 14, adn. 1.
Seck, p. 7, adn. 2.
Teuffel, p. 6, adn. 2.
Thimm, p. 12, supra.
Vossius, p. 6, adn. 1.
Wetzel, p. 7, adn. 1.
Zumpt, p. 28, supra.

BERLINER BUCHDRUCKEREI-ACTIEN-GESELLSCHAFT, SETZERINNEN-SCHULE DES LETTE-VEREINS